בג״ה

DE

SACRIF

CAINI ET H

קץ ימים

OBLATIS

AMPLISSIMI PHILOSOPH

CONSEN

PRAESI

M. IOHANN GOTTL

SS. THEOL. BACCAL. ET LINGVAE

DISPVTA

A. ET R.

PAVL CHRISTOPH

CIZENSIS MIS

DIVIN. LIT.

DIE IV. IAN. CI

LIPSI

EX OFFICINA LANG

ב ג"

D E

F I C I I S
T HABELIS
מקץ

L A T I S

SOPHORVM ORDINIS
S E N S V

E S I D E

OTTLIEB BOSSECK

LINGVAE S. PROF. PVBL. EXTR.

V T A B I T

ET R.

OPH FRITZSCHE

SIS MISN.

L I T. C V L T.

N. CIↃIↃCCLI.

S I A E

LANGENHEMIANA.

VIRO

ILLVSTRI MAGNIFICO

ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO

IACOB BORN

ICTO CONSVMMATISSIMO

DYNASTAE IN WILDENBORN, SVXDORFF ETC.

POTENTISSIMI POLONIAR. REGIS

ET ELECT. SAXONIAE VICE CANCELLARIO

SCABINATVS REGIO ELECTOR. SAXONICI LIPSIENSIS

ADSESSORI

CIVITATIS HVIVS CONSVLI

TEMPLI ET SCHOLAE AD D. NICOLAI ANTISTITI

RELIQ.

PATRONO MAXIMO
STVDIORVM SVORVM PROMOTORI
CERTISSIMO
EVERGETAE
LIBERALISSIMO MVNIFICENTISSIMO
LIBELLVM HVNC ACADEMICVM
OBSERVANTIAE PIETATIS ATQVE RELIGIONIS
MONVMENTVM
IMMO SE TOTVM
CVM VOTO SALVTIS OMNIGENAE
EX FONTE SALVTIS
DEVOTISSIMA MENTE
CONSECRAT

SVBIECTISSIMVS CLIENS
PAVL. CHRISTOPH. FRITZSCHE.





§. I.

Genuino sacras literas illi aggrediuntur rimandi conatu, *Prooemium.* qui aeque verborum, ac rerum verbis indicatarum explicando student vero sensui. Salutis Oeconomiam Summum et Sapientissimum Numen innumeris fere ritibus et vmbris in Antiquo Foedere inuoluit, et illis negligenter tractatis, eorumque inuolucris non probe euolutis, omnis insulsa euadet eloquiorum Dei interpretatio. Sol quidem in Christo ortus fugatis tenebris diem in N. T. dedit nobis illustrem, ipsiusque corporis aduentu recessit vmbra, nil tamen impedit, quo minus illorum comprobetur studium, qui de ritibus V. T. verba facientes ex vmbris lucem protrahere, et in typis antitypum quaerere annituntur. Spectat huc tot tantorumque virorum solertia, qui antiquitates sacras explicaturi Scripturae sacrae verba exposuerunt, vel saltem exponere aggressi sunt, et qui Patriarcharum et gentis Israeliticae facta enarrarunt, dubiisque obuiis remouendis dederunt operam. Iisdem horum vestigiis et nos insistemus, et Caini pariter atque Habelis sacrificiorum propriam breuibus indagaturi indolem atque naturam, de illis praesertim verbis מִקֵּץ יָמִים Gen. IV. 3. pro ingenii nostri acumine, quod videmus, quam sit exiguum, sub auspiciis diuinis differemus. Faxit Summum Numen, vt etiam haec disquisitio honori suo, et aliorum inseruiat vtilitati.

 §. II.

§. II.

Opinio eorum, qui sacrificiorum ortum ex ratione deducunt, reiicitur.

Multi cum Iudaei tum Christiani interpretes, in differendo de sacrificiorum origine peccant, sacrificialis cultus ortum rectae potius rationi quam diuinis mandatis adscribendum autumantes, hominesque primaeuos religioso ductos nescio quo naturae instinctu sacrificia obtulisse adfirmantes. Coecutientibus quidem, et velamine Mosis ad hunc vsque diem obtectis Iudaicis doctoribus hic error poterat condonari, πλανῶνται γὰρ, μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς, μηδὲ τὴν δύναμιν τȣ̃ θεȣ̃. Matth. XXII. 29. at vero inter Christianos Scriptores extitisse quosdam, qui coecos duces Iudaicos, pari, immo parum abest, quin dicam, maiori adhuc coecitate secuti sunt, ignosci nequit. Nolumus, breuitatis studiosi, aliorum legere vestigia, et omnium Iudaeorum, Patrum, Pontificiorum, Reformatorum, Socinianorum, Arminianorum proterue sentientium nomina adducere. Sufficiet famosum illum nominasse IO. SPENCERVM, qui, si quis alius, prolixe suam sententiam exposuit, aliorumque testimoniis probauit, in varia eruditione profanaque mente conscripto, de *Legibus Ebraeorum Ritualibus* libro. a) Plures huius erroris fautores, pariter ac eos qui meliorem defendendam sibi sumserunt sententiam legere cupiens, adeat scriptores a b. WOLFFIO nominatos. b) Non possumus tamen, quin Arminiani illius doctoris PHILIPP. A LIMBORCH verba, a nemine hactenus, quantum constat, adducta, quibus, ne quidem naturae lumen, sed meram inuentionem humanam, sacrificiis originem dedisse, adserit, adscribamus. *Credibile sibi esse*, ait, *a Deo non esse sacrificia praescripta Abeli, Caino, aliisque, qui ante legem vixerunt hominibus:*

a) Lib. III. Diss. II.

b) not. 3. et 4. ad LVNDII *Iüdische Heiligthümer L. III. c. XXXIII.* Quibus addi merentur IO. FRISCHMVTH in Diss. *qua Deum non sacrificiorum leiturgia, sed vnica illa Messiae hostia placari ex Ps. XL. 7. sqq. ostenditur.* Ien. 1672. c. 2. §. 26. sqq. IO. HENR. HOTTINGERVS in duabus Exercitat. Ritual. de *Orig. Sacrif. Patriarch.* Marburgi 1706. habitis, et in Museo Heluet. T. I. p. 283. et 341. recusis, curis posterioribus mutatis et emendatis. PETR. ZORNIVS in *Opusculis Sacris L. I. p. 395. sqq. impr. p. 399.* SIM. PATRICIVS *in Comment. in Genes.* anglice scripto, pag. 87. IO. MEYER *de temporibus S. et festis diebus Hebraeorum* Amstel. 1724. P. II. c. IV. p. 112. sqq. et quem cum summa veneratione nominamus Celeb. Lubecensium Praesul. IO. GOTTLOB CARPZOV. *in Apparatu Antiquitat. S. Codicis et Gentis Ebraeae p. 699. sqq.*

nibus: Nulla enim illius praecepti diuini in Scriptura occurrunt vestigia: Sed ea ex pio hominum motu profluxisse, qui ratione duce cognouerunt, Deum esse colendum, eique, vt supremo benefactori pro beneficiis gratias esse agendas: credidisse autem illos, se externo quodam actu gratum animum Deo oportere testari; idque commodissime fieri, si partem bonorum sibi a Deo datorum peculiariter Deo consecrarent, et in honorem Dei destruerent. An porro crediderint, se sacrificiis suis propitiationem facere pro peccatis, nunc non inquiram; quia illud extra disputationis nostrae limites est. Exinde liquet, sacrificia illa primorum hominum, originem quidem debere pio animi motui, a lumine rationis seu lege naturae dictato: Is autem animi motus non praecise dictauit ritum quendam externum esse exercendum, multo minus, non alium esse praestandum quam sacrificium; sed solummodo, sacrificium istiusmodi, e pio animi motu profectum in animi grati testimonium, Deo esse acceptum. Itaque animum gratum vt cultum necessarium naturae lumen dictauit; sacrificia autem vt necessario, et immediate ex animo grato profluentia, non praecise praescripsit; sed potuerunt ea esse inuentionis mere humanae, ex pio tamen animi motu procedentia; quae Deus respectu animi pii qui ea dictauit, accepta habuit, et in prima illa mundi aetate, cum se voluntatemque suam nondum lege scripta hominibus reuelauit, tacitam apud se approbationem habere voluit. c)

§. III.

Sacrificia a Deo instituta sunt.

Nulla vero inter rectius sentientes est dubitatio, cultum Dei sacrificialem a Deo non tantum approbatum, sed ab ipso etiam tanquam autore esse arcessendum, et tantum abest, vt et nos illum iuris faciamus plane naturalis, vt potius diuinitus institutum omnibus modis asseramus. Illorum tam peruerse sentientium, et sacrificia inuentum plane humanum putantium, commenta, quam facillime possunt refelli, et diuinus e contrario sacrificiorum ortus argumentis maxime ponderosis stabiliri. Ratio etenim prorsus non capit, quomodo Deus rebus terrenis et animalium sanguine delectetur, nec vllo modo perspicit, quomodo Deus infinitum Numen animalis cuiusdam morte possit placari. Sacrificia porro per se et per naturam suam sibi non placere, nec quidquam sibi oblectamenti adferre, Deus ipse testatur. Ps. L. 13. האוכל

c) Leguntur haec verba in *Amica collatione cum Erudito Iudaeo de Verit. Relig. Christ.* Goudae 1687. p. 321.

הַאוֹכַל בְּשַׂר אַבִּירִים וְדַם עַתּוּדִים אֶשְׁתֶּה *Num comedam carnem fortium* scil. taurorum, *et sanguinem hircorum bibam?* Alia igitur complacentiae diuinae adfuit causa, rationi sibi relictae prorsus ignota. Sacrificandi insuper ritus a rationis profectus dictamine, omnem tolleret rationem typicam, quae tamen sacrificiis ante Israelitarum etiam tempora infuit. Ebr. X. 14. Hanc autem si tolleres, omnis simul expiandi virtus, omnis inquam sacrificiorum vtilitas rueret. Omnes denique Patriarcharum oblationes ceu ἐντάλματα τῶν ἀνθρώπων turpissimam saperent ἐθελοθρησκείαν, Deo maxime exosam. Ies. XXIX. 13. Matth. XV. 9. Col. II. v. 22. 23. Et παράδοσις talis ἀνθρώπων non veram docuisset τῦ θεῦ λατρείαν, sed merito cum Apostolo Paulo vocaretur κενὴ ἀπάτη. Col. II. 8. Prolixius haec pariter, aliaque pro diuina sacrificiorum institutione argumenta tradunt, supra a nobis laudati. [d])

§. IV.

Sacrificia fuere vel cruenta vel incruenta.

Instituta autem a Deo ante legem Mosaicam varii generis sacrificia ad duo commode genera possunt reuocari. Solebant iratum ob commissa peccata Numen expiaturi θυσείας afferre proprie dictas, et Deum placare animalium sanguine, sine cuius effusione ἁμαρτιῶν ἄφεσις non poterat obtineri. Hebr. IX. 22. Benignissimo deinde Deo pro acceptis beneficiis gratias debitas acturi, vel noua beneficia a summo Numine impetraturi, varia dona, boues, oues, capras, aues, panem, vinum, oleum, ad sacram Dei aram offerebant. Vel si sacrificia ratione materiae oblatae velimus dispescere, alterum oblationum genus fuit cruentum, incruentum vero alterum, vtrumque tamen ratione antitypi Deo acceptum cf. Eph. V. 2.

§. V.

Primum Adami cruentum sacrificium.

Cruentum omnium primum idemque ἱλαςικὸν sacrificium haud dubie fuit Adami, et summorum Theologorum firmati assensu, tunicas protoplastorum pelliceas animantium Deo immolatorum fuisse exuuias, opinamur. Cruenta illa Adami oblatio promissae per Messiam salutis Gen. III. 15. firma erat βεβαίωσις, diuinaque gratiosi foederis promulgatio

d) §. 2. lit. b. Imprimis etiam legi merentur, quae hac de re dicta sunt in OBSERVATIONIBVS *ad Sacram Scripturam, e Scriptoribus anglicis idiomate gallico collectis, et nunc in linguam germanicam* curante b. TELLERO translatis P. I. p. 62. sqq.

mulgatio, hac ſanguinis effuſione ſtabiliebatur. [e]) Summe Venerandus SAL. DEYLINGIVS eandem fouens ſententiam quosdam tum Ebraeorum tum Chriſtianorum doctores idem ſentientes nominauit, ad quem lectorem remittimus. [f]) Nec obſtat Gen. IV. 26. quo minus cum hoc Adami ſacrificio, nominis diuini credamus coniunctam fuiſſe ſolemnem inuocationem, qua eum tanquam Deum foederis אלהים tanquam creatorem huius vniuerſi בורא הכל et ſub aliis nominibus de concedenda gratia coeleſti ſupplex orauit, licet nomen eſſentiale יהוה non adhibuerit, vti nec filii eius ad Enoſi vſque tempora. [g])

§. VI.

Poſt primum illud Adami ſacrificium nullum in ſcriptura memoratur aliud, ad tempus vsque quo Cain et Habel dona ſua Deo obtulerunt. Non, ac ſi nullae Adami vel filiorum eius interceſſerint oblationes, ſed quia forte in illis reliquis nil commemoratione dignum accidit. Moſes enim, ne Pentateuchi volumen nimis excreſceret, in enarrandis rebus geſtis ſemper ſtuduit breuitati, ideoque illius de ſacrificiis aliis ſilentium, non ſatis firmam de illorum oblatione

Proxima ſacrificia, fuerunt Caini et Habelis.

e) Solenne fuiſſe in pangendis foederibus animalia caedere, omni caret dubio, propter *Gen. XV. 9. ſqq.* coll. *Ier. XXXIV. 18.* quem apud alias quoque gentes in vſu fuiſſe, et hinc a profanis ſcriptoribus memorari morem, prolixe oſtendit I. D. IACOBI in Diſſ. duabus *de foederibus veterum per diſſectionem animalium factis* Lipſ. 1710. ſq. Nec dubitamus, primam huius rei originem in ipſo Paradiſo, inque primo Dei foedere poſt lapſum cum hominibus inito, quaerere.

f) in Obſ. Sac. P. II. obſ. IV. De Sacrif. Cain. et Habel. §. X. Praeter citatos ibidem, conferri etiam merentur WITSIVS *de Oeconom. Foeder.* L. IV. C. VII. §. 4. LIGHTFOOT *Obſ. in Gen.* p. 154. et *Erubhim* p. 203. Opp. T. I. Edit. Roterod. 1686. CLOPPENBVRG. *Schol. Sacrif.* c. II. §. 4. 5.

g) Quam varie dictum *Gen. IV. 26.* ſit expoſitum, alii pluribus tradiderunt. cf. imprimis R. MENASSEH in Conciliatore p. 26. et H. B. STARCK. Not. Sel. P. I. p. 31. ſeq. Nos credimus, verbum הוחל ſenſu *incipiendi*, et קרא *inuocandi* ſignificatu, eſſe interpretanda, בשם autem idem eſſe ac *nominatim* vti ſaepius adhibetur *Exod. XXXI. 2. XXXIII. 12. 17. etc.* omne igitur illud dictum ita vertimus: *Tunc initium factum eſt inuocandi nominatim Iehouam*, et hinc ab immutabilitate Dei certiſſimam auxilii diuini in corruptiſſimis ſeculi moribus expectarunt conceſſionem. Preces autem ſacrificiis etiam ſub cultu leuitico iunctas fuiſſe, recte contra Socianos adſerit PETRVS ZORNIVS l. c. p. 307.

tione dubitandi infert caufam. Caini vero et Habelis cum maxime memorabile fuerit facrificium, quippe quod cruenta ipfius Habelis mors infequuta eft, filentio praeterire noluit Sacer Scriptor.

§. VII.

Sacrificarunt ex mandato diuino.

Fratres igitur hi, quos quidam Rabbinorum et Chriftianorum fine omni fundamento gemellos vnius partus dicunt,[h]) patriis adfueti ritibus et edocti difciplinis, pro innumeris hactenus fibi exhibitis beneficiis gratum demonftraturi animum, vel etiam peccata expiaturi, fua coelefti offerebant numini munera. Parum enim conftat, facrificia haec a Caino et Habele adducta, fuerintne ex genere τῶν εὐχαριςῶν, an vero τῶν ἱλαςηριῶν, licet illud, quam hoc, adferere mallemus. Hoc tamen fatis certe adfirmare poffumus, nec fratres hofce pro ingenio fuo, fed ad normam aliquam a Deo praefcriptam facrificaffe, fiue a Deo.

h) Non conueniunt inuicem Iudaici doctores; alii fimpliciter Cainum et Habelem geminos fuiffe memorant v. c. ABARBANEL in פירוש על התורה fol. 36. col. 1. edit. Venet. 5339. C. 1579. (obiter hic monendum eft, nullam huius libri exiftere editionem Venet. 344. C. 1584. vti falfo WOLFIVS in Bibliotheca Ebr. P. I. p. 629. et ex illa Clar. DAV. CLEMENT dans la *Bibliotheque Curieufe* P. I. p. 7. adferunt, non obferuantes, ה voci שלט praemiffum millenarium numerum indicare) ita etiam R. IOSE in פרקי אליעזר C. XXI. Alii cuilibet eorum gemellam adhuc fororem addunt. v. c. R. MEISCHA ibid. Talmud. Babyl. tr. יבמות fol. 62. col. 1. quod R. SALOMO ISAAC. ad *Gen. IV. 2.* abfurdiffime ex particula את ter pofita את קין / את אחיו, את הבל probare annititur. cf. MOSIS ALSCHECH תורת משה fol. 12. col. 4. circa fin. edit. Prag. 376. C. 1616. Immo quidam Caino vnam, Habeli autem duas gemellas tribuunt, ita vt Chaua vno partu quinque liberos fit enixa. cf. R. SIMEON in ילקוט fol. 10. col. 3. Idem etiam legitur in libris notiffimis, צאינה וראינה et חם וישר vt alios nunc filentio praetereamus, nolumus enim hifce Iudaeorum nugis diutius inhaerere. Aliorum Orientalium de Caino et Habele eorumque natiuitate figmenta, exponunt HOTTINGER Hift. Or. L. I. c. III. p. 25. fq. SELDENVS de I. N. et G. L. V. c. 8. Miramur tamen, idque iure, tales ineptias Chriftianis arrififfe fcriptoribus, ex quibus nunc tantum IO. CALVINVM in Comment. POLVM in Synopf. Criticor. LIGHTFOOT. Opp. T. I. p. 3. et pag. 154. VARENIVM in Decad. Mof. in Gen. p. 402. qui Cainum et Habelem gemellos ftatuunt, nominare lubet. Argumentum, quod pro hac fententia ex vocibus ותוסף ללדת defumitur, nullius effe pretii, facile ex *Gen. XXXVIII. 5.* patet; et hinc omnis haec hiftoria vel potius fabula a Mofe Albelda in ס' עולת תמיד fol. 40. col. 3. fin. edit. Venet. 361. C. 1601. recte דרך דרש *allegorica expofitio* dicitur.

a Deo immediate huius rei mandatum acceperint, siue a patre suo diuinitus monito edocti fuerint, siue ad hunc peculiarem actum Χρηματισθέντες καὶ καλȣμένοι fuerint, siue, quod magis placet, ex sancta aliqua consuetudine מנחות obtulerint. Dubios nos Paulus de origine horum sacrificiorum diuina non finit esse, quippe qui Ebr. XI. 4. diserte dicit πίςει πλείονα θυσίαν Ἄβελ παρὰ Κάϊν προσήνεγκε τῷ θεῷ. Fides non nisi ex verbo promissionis potest hauriri Rom. X. 17. promissio autem inuoluit mandatum de modo, quo aliquis promissi particeps fieri potest. Fides igitur Habelis euangelio illo de Messia serpentis caput contrituro Gen. III. 15. forte etiam aliis a Deo primis parentibus datis promissionibus nitebatur, quas ordine a Numine praescripto sibi adplicabat. i) Licetque longe alia animi intentione et forte ex mera consuetudine dona offerret Cain, non tamen ideo mandatum diuinum ei ignotum fuit, vel solo rationis impulsu sacrificauit. PATRICIVS quidem l. c. ex voce הביא quae de sacrificiis in tabernaculo oblatis adhibetur v. c. Leuit. IV. 4. etc. eosdem ex mandato diuino sacrificasse probare contendit; cum tamen eadem vox de aliis etiam rebus sine mandato diuino allatis vsurpetur, nolumus in hoc argumento pluribus verbis commorari. Memoratu vero dignum est, vtrique fratrum hunc sacrificialem cultum, simul in mentem venisse, ex quo firmiorem aliquam pro diuina horum sacrificiorum auctoritate desumi posse rationem, iudicamus. k)

§. VIII.

Locus, vbi Cain et Habel obtulerunt, est incertus.

De his sacrificantibus quando dicitur, quod הביאו oblationes suas, non pauci interpretes adductionem ad certum aliquem locum innui credunt, quo sensu quidem הביא in sacris paginis mediantibus ל vel אל particulis, adhiberi non negamus, sed simpliciter positum, oblationis actum ipsum notare, simul adserimus. Variae hac occasione de loco

i) Male fidem cum rationis instinctu coniungit EPISCOPIVS *Instit. Theol. de Rel. Nat.* L. 1. c. 8. Sect. 3. contra Pauli adsertum 2 *Cor. X*, 5.

k) Digna sunt PISCATORIS in Comment. in Genes. Herb. Nassou. 1601. ad Cap. IV. Genes. v. 4. pag. 132. quae huc transscribantur verba: *Sacrificia* inquit, *inde ab origine mundi a Deo instituta sunt: vt manifestum est ex isto exemplo sacrificiorum Caini et Abelis. Nisi enim illorum sacrificia a Deo fuissent mandata: sacrificium Abelis ei non placuisset: quum certum sit, Deo non placere* ἐθελοθρησκείας *id est, cultus arbitrio hominum institutos. Praeterea de sacrificio Abelis expresse affirmat Apostolus Hebr. XI. quod sacrificarit ex fide. Fuit igitur certe persuasus, sacrificium suum Deo placere, ac proinde habuit sacrificandi mandatum.*

loco oblationis inter eruditos ortae sunt sententiae, et varii varium constituunt. FRANZIVS [l]) hunc sacrificandi locum in vicinia ponit Paradisi. Sic autem disserit: *Sacrificiorum spectaculum non licebat instituere, nisi in vnico loco, circa istum videlicet locum, in cuius vicinia erat ipsa sedes Paradisi iuxta Iudaeam, cum Paradisus esset intra vel certe iuxta Babyloniam.* Quam sententiam plures alii suam fecerunt. [m]) Cainum et Habelem in vertice montis sancti sacrificasse, Orientales Christiani aeque ac Muhamedani referente PATRICIDE scriptore ἀνέκδοτῳ volunt. [n]) Nos sacro vate tacente nihil temere adserimus. Probabilitate tamen omni non caret, certum aliquem et tunc temporis extitisse locum, in quo primaeui illi homines conuenire, Deumque orando et sacrificando colere consueuerunt, quem etiam a fratribus hisce ad sacrificia sua offerenda electum esse ABEN ESRA adfirmat הביא המנחה אל המקום שקבע לתפלתו׃ *adduxit donum ad locum quem destinauerat precibus suis.*

§. IX.

Ipsi sacrificarunt.

Recte tamen hic ipse ABEN ESRA negat, allata esse sacrificia ad Adamum, ולא ישרו בעיני דברי האומרים כי המנחה הביאה אל אביו *non vero placent mihi verba dicentium, quod donum attulerit ad patrem suum*, quam sententiam pluribus arrisisse interpretibus constat. GOODWINVS [o]) sacerdotium Adami probaturus, ad nostrum prouocat locum, *quia Cain et Habel dicantur tulisse munus*

l) in Interpret. Scripturae Orac. XII. p. 155.

m) cf. *obseru. ad Sac. Scr. german.* supra laudatas, p. 63.

n) apud HOTTINGER *Hist. Orient.* L. I. c. 3. p. 26. CVNAEVS de *Republ. Ebr.* L. II. c. 12. R. Elieserem exsibilat ac si in Capitulis suis adseruisset, Cainum et Habelem in monte illo sacrificasse, in quo aedes Hierosolymitana postea fuerit exstructa; quem autem Elieseris locum intellexerit, parum constat. Capite quidem XXIII. circa finem Elieser monet, Noachum in eodem altari sacra fecisse in quo Cain et Habel, sed de monte sancto silet, nec alius succurrit locus, in quo illa quae Cunaeus vult, dixerit Elieser. Caeterum Elieseris adsertum videtur ex Targum. IONATHANIS *ben Vsiel* ad *Gen. VIII*, 20. desumtum. Quae autem CVNAEVS ex mente Iudaeorum tradit, leguntur in MAIMONID. בית הבחירה cap. II. §. 2. qui etiam addit, in eodem loco creatum fuisse Adamum.

o) *in Mose et Aaron* L. I. C. VI. §. 2. in quem locum confer. S. R. CARPZOVIVM l. c. p. 114. sqq. adde Venerab. DEYLINGIVM in Obs. Sac. P. II. obs. IV. §. 13.

nus suum scil. ad Adamum, qui ipsorum nomine illud Deo offerret. *) Cur autem non ipsi fratres Deo sacrificauerint, causa nulla est. Ante institutum enim cultum leuiticum cuilibet sacrificia offerre concessum fuisse, permulta Scripturae exempla testantur. Et si quid coniecturis dandum est, potius ipsam historiae seriem huic adserto repugnare diceremus. Adamus enim si sacerdotis vices gessisset, immo si modo hisce sacrificiis interfuisset, auctoritate sua Caini indomitum et effrenem animum dubio procul compescuisset, sicque fraternis litibus sedatis, Caini forte fratricidium impediuisset. Nec si ad Adamum allata essent illa sacrificia dici potuisset הביא לה׳ *obtulit Iehouae.*

§. X.

Obtulerant sacrificia soli Deo, non Satanae.

Non possumus non profanam hic simul Iudaeorum breuiter adducere sententiam, ac si pius ille Habel aeque ac frater eius Cain, Satanae portionem aliquam sacrificiorum suorum dederint. Ex aliis Scriptoribus Rabbinicis breuiter has nugas enarrat auctor libri ילקוט חדש [p]) קרבנו של הבל נתקבל לפי שעיקר הקרבן עשה להקב״ה אלא שנתן חלק גם לסיטרא אחרא, וקין עשה איפכא עיקר הקרבן לסיטרא אחרא ויהיב חולקיה להקב״ה לכך לא נתקבל: *Habelis sacrificium receptum fuit, quia praecipuam partem sacrificii Deo S. B. obtulit, partem tamen etiam dedit lateri alteri. Cain autem contrarium fecit, praecipuam sacrificii sui partem lateri alteri, partem autem tantum eius Deo S. B. dedit, hinc non receptum fuit*, scil. sacrificium eius. In quibus verbis סיטרא אחרא *latus alterum* Satanam significare in aprico est, quippe quem saepissime hoc nomine mactant Iudaei. [q]) Nec mirum videbitur talia de Caino et Habele referre Iudaeos, cogitanti, eosdem non dubitare, ipsissimo Numini tribuere mandatum, vt Iudaei expiationis festo Samaelem seu Satanam hirco donarent. [r]) Haec enarrasse idem

est

*) Idem adserit BERTRAMVS *de Republ. et Polit. Iud. cap. I.* item *Altingius* referente Fr. FABRICIO diss. de Sacrif. Cain et Hab. Lugd. B. 1713 §. 18.

p) Fol 6. col. 1. no. 72. eadem etiam repetuntur no. 75. Nec hanc recentiorem esse Iudaeorum fabulam patet ex *Sohar* Sect. תצוה col. 221. edit. Sulsbacensis.

q) Nullum dubium remanere potest euoluenti ילקוט חדש fol. 40. col. 2. no. 35. vbi qui סיטרא אחרא nominatus erat, mox שטן dicitur, causaque cur Iobus a Satana plagis adfectus sit, haec adducitur, quod holocausta tantum obtulerit, in quibus nulla Satanae portio cesserit.

r) l. c. fol. 101. col. 3. n. 21. et alibi. Credunt nimirum plurimi Rabbinorum

est ac refutasse, cum homo sanioris mentis tales iure rideat ineptias. Non nisi solum Deum omnium temporum pii coluere, ipsi soli sacrificia sua obtulerunt, quippe qui solus peccata remittere, bona quaeuis concedere, et mala cuncta auertere potest. Opponimus peruersae horum recutitorum sententiae diserta Pauli Apostoli verba Hebr. XI, 4. Docet ibidem Apostolus Ebraeos, Cainum et Habelem sacrificasse non τῷ Σατανᾷ, sed τῷ Θεῷ, Iehouae nimirum, populi Israelitici omniumque fidelium summo propugnatori, cui etiam Cain sacrificium suum non ex parte sed totum obtulit הביא לה׳.

§. XI.

Materia sacrificii. Caini.

Nolumus hisce diutius immorari, pauca adhuc de oblatorum horum verba facturi sacrificiorum materia. Obtulit nimirum Cain מפרי האדמה מנחה. Qualis hic fuerit fructus non conuenit inter interpretes. R. SALOMO ISAAC, postquam Mosis verba in genere explicauerat מן הגרוע *de grano*, hanc Aggadah adfert זרע פשתן היה *semen lini fuit* s) quo fundamento autem haec coniectura nitatur, parum constat. Alii ita exponunt מפרי מאיזה שבא לידו לא טוב ולא מובחר *de fructu, qui veniebat in manum eius non bono nec electo.* t) Haec vti ad profanam Caini mentem eo magis indi-

binorum vocem עואזל Leuit. XVI. 8. etc. occurrentem, denotare Satanam, quae tamen ex עז capra et אזל abiit composita est, et hinc *hircum abeuntem* denotat.

s) Hanc magistrorum suorum sententiam plures enarrant e. g. R. TANCHVMA in ילמדנו fol. 3, col. 3. R. ELIESER in Capitulis C. XXI. qui etiam ex mente R. Iosi addit, obtulisse Cainum מותר מאכלו *residuum cibi sui.* Verum primaeuos homines in tanta praestantissimorum fructuum copia, lini semine pro cibo vsos fuisse, absonum videtur. Refert idem rabbinorum commentum satis prolixe ELIESER *Germanus* in מעשי ה׳ fol. 48. col. 2. edit. Venet. 343. C. 1583. Ortum autem suum haec expositio ex Gematria hausit, quia vox קרבן si singulae eius literae h. m. scribantur קו״ף רי״ש בי״ת נו״ן per סוף תיבות *finem vocum* efficit פשתן. Hic exponendi modus, licet toties in Iudaeorum scriptis occurrat, vti in se absurdissimus, ita h. l. eo magis reiiciendus est, quia nec vox קרבן de Caini oblatione in Scriptura adhibetur.

t) Leguntur haec verba inserta Commentario רש״י super Pentateuchum edit. Pentateuchi Ebraici cum Targum Onkelos, Comment. רש״י et שפתי חכמים etc. Dirensf. 453. C. 1693. 4. it. edit. Pentateuchi Ebraici cum triplici Targum, Comment. רש״י etc. Amstelod. 463. C. 1703. 4. Omnia autem quae Deo adferuntur debere מן המובחר *de optimo*

indicandam dicuntur, nec omni probabilitatis ſpecie carent, [u]) ita tamen ex oblatorum horum vilitate, cauſa, cur ſacrificium eius a Deo reiectum fuit, deducenda non erit. Nec conſtat, vnde GROTII *Sagmen*, quod fructus terrae dici plane non meretur, probari poſſit, niſi cum eodem ex gentilium potius, quam Ebraeorum moribus, hiſtorias ſacras explicare velimus. Nos aliorum ſententias ſilentio praetereuntes, credimus, hos terrae fructus fuiſſe ſic dicta frumenta, quae tanquam humi naſcentia in Scriptura S. ſaepius hoc nomine veniunt. v. c. Deut. XXVIII. 42. Ier. VII. 28. Malach. III. 11. Pſ. CIII. 35. etc. [x]) cum contra פרי הארץ omnes in genere terrae cuiusdam etiam in arboribus creſcentes ſignificet fructus. conf. Leuit. XXV. 19. Num. XIII. 26. 28. Deut. I. 25. [y]) An vero ex tritico, an ex adore, an ex hordeo, an ex alio frumentorum genere deſumta fuerit haec oblatio, determinare non audemus. Neque etiam pro ſententia noſtra ex voce מנחה deſumere volumus argumentum. Licet enim Mincha de fertis frumentaceis ſaepius adhibeatur, conſtat tamen, vti recte R. SALOMO ISAAC loquitur [z]) שכל דבר הבא מן התבואה בכלל מנחה הוא: *quod omnis res veniens ex prouentu, in genere Mincha dicatur*, ita, vt aeque de arborum fructibus ac de frumentis vox מנחה adhiberi poſſit. Immo dona quaecunque ſacra et profana, illa etiam, quae ex rebus animatis fiebant, hac voce deſignari, vberiori non eget probatione, cum ipſius Habelis ſacrificium מנחה audiat. Gen. IV. 4. [a]) Quia autem de Caino non dicitur, quod

optimo eſſe, Iudaei recte adſerunt conf. BRAWN Comm. in Ep. ad Ebr. p. 617.

u) Placuit haec ſententia etiam B. WOLFIO *in Curis Philologicis*, T. III. p. 749.

x) Falſus eſt MENOCHIVS, qui referente POLO *in Synopſi.* Crit. ad h. l. ſecundos et viliores fructus in ſcriptura *fructus terrae* dici, adfirmat.

y) Hinc etiam Meſſias, qui ratione diuinae ſuae naturae erat צמח ה׳ reſpectu humanae ſuae naturae dicitur פרי הארץ Ieſ. IV. 2. qui nunquam פרי האדמה nominari poſſet, niſi velis per Metaphoram loqui.

z) Ad Leuit. XXIV. 9.

a) Quia tamen, quod infra dicetur, ex ipſa hac voce quidam probare annituntur, Habelis ſacrificium, cruentum non fuiſſe, lubet alia loca addere, vbi מנחה de ſacrificiis animalium adhibetur. 1 Sam. II. 17. Spreuiſſe dicuntur homines i. e. filii Eli מנחה ה׳; peccatum autem illorum v. 13. ſqq. deſcriptum hoc erat, quod ſacrificiornm carnem Deo accendendam ipſi praeter omne ius auferrent. Hinc peccatum illorum grande erat, quia ſpreuerant מנחה ה׳ *ſacrificium Iehouae.* Et quem

quod attulerit בכורים *primitias* fructuum, vti deinde de Habele asseritur, quod oblationem suam מבכרות צאנו *de primitiis gregis sui* fecerit, cum ABEN ESRA [b]) asserere non dubitamus, nullas primitias Cainum obtulisse. Nec Caini sacrificium cum illis quae post legem Sinaiticam שלמים vocantur, comparare decet, quia non vt in illis requirebatur, Leuit. XXIII. 17. seqq. sacrificium aliquod cruentum adiecit.

§. XII.

Habelis

Vti autem Iehouae de suis facultatibus dona attulerat Cain; ita et Habel de grege suo quem custodiebat, et hinc de opibus suis, immo de praecipuis earum Deum honorabat. Obtulit enim Habel (et vti in fontibus est גם הוא *ille ipse*, non alius nomine eius) מבכרות צאנו ומחלבהן *de primogenitis gregis sui, et de adipe illorum.* Summo iure Venerabilis DEYLINGIVS [c]) Iosephi, Grotii et Clerici figmentum, Habelem lac et lanam obtulisse, strenue refutauit. Cum enim in Scriptura S. nullibi ne verbulum quidem, Numini talia allata esse dona, inueniatur, cumque potius in nostro loco diserte primogeniti gregis et adeps, (חֵלֶב non חָלָב et צֶמֶר) illorum nominentur, cum denique Apostolus θυσίαν Habeli tribuat, illa, de lana et lacte explicatio vim apertam textui sacro infert, et Spiritus S. mentem turpiter peruertit. Nouam aliquam vocum מבכרות צאנו ומחלבהן expositionem, auctor *amicae disputationis de origine sacrificiorum cruentorum sub veteri testamento* [d]) fecit, Habelem nempe *optima et pinguissima gregis, viua, Deo singulari modo,*

Commentum Grotii.

Expositio anonymi cuiusdam. proponitur

quem fugit, holocaustum quouis mane et vespera Deo cremandum, saepius nominari מנחה v. c. 1 Reg. XVIII. 29. 36. 2 Reg. III. 20. Ps. CXLI. 2. etc. Videtur igitur huius vocis sensus non differre a voce קרבן, quam de sacrificiis cruentis adhiberi notissimum est, cf. Leu. XVII. 4. Hinc etiam Chaldeus interpres vbique ferme מנחה per קורבן explicat.

b) *Comment. in h. l.* בעבור שכתוב מבכרות צאנו יש סמך כי לא הביא קין מן הבכורים: *quia scriptum est* (de Habele) *de primogenitis gregis sui, inde patet, quod non obtulerit Cain de primitiis.*

c) Obs. Sac. P. II. Obs. IV. §. 19. seqq. conferri etiam meretur Fr. FABRICIVS diss. cit. §. 14. seqq.

d) Quae inserta est *Temp. Heluet.* T. VI. p. 173. seqq. vbi etiam Celeb. I. I. BREITINGER in adiecta epistola in ambiguo se haerere fatetur, nec quicquam vult pro adfirmando vel negando Habelis sacrificio cruento pronuntiare.

modo, et non satis cognito, muneris loco consecrasse. e) Prouocat auctor ad GLASSIVM f) tanquam ὁμόψηφον, quem tamen de viua aliqua oblatione nullum prorsus verbulum monuisse, quilibet GLASSIVM euoluens cognoscet. Varia pro stabilienda sua hypothesi, nulla ab hominibus antediluuianis vsurpata fuisse cruenta sacrificia, et Habelem imprimis talia non obtulisse, adfert doctissimus auctor, quae hic prolixe allegare et refutare, scopus nobis propositus non permittit, praecipua tamen breuiter tangere, non superuacaneum erit. Et primum quidem ex voce מנחה *nusquam de cruentis sacrificiis adhibita*, quod desumit argumentum, non adeo firmum esse, ex supra monitis g) patet. Nec porro procedunt, quae de verbo הביא dicta sunt. Licet enim lubentes concedamus הביא *nusquam de ipso iugulandi et mactandi actu adhiberi*, plus tamen vice simplici, ipsum iugulandi et mactandi actum inuoluit. v. c. Leuit. XVII. 5. Num. XV. 25. etc. *Loci*, insuper, *in quo Habel sacrificium obtulerit mentionem non fieri*, nil facit ad negandum ipsum sacrificium, modo perpendamus, non opus fuisse commemorare locum, cum nullus a Deo peculiariter ad hunc actum destinatus fuerit. Locum etiam requiri, ad quem viua animalia adducenda fuerunt, nemo facile negabit; quem igitur hic supponit Cel. Auctor locum, eundem etiam sacrificio mactando et cremando haud ineptum fuisse nos credimus. Nec audet illius disputationis auctor adserere, de sacrificiis post diluuium *semper* memorari locum, aram scilicet, ad quam adducta sint, sed hoc tantum *plerumque* fieri monet, recordatus forte est Gen. XLVI. 1. aliorumque locorum. Quod si igitur post diluuium quaedam facta dicuntur sacrificia sine nominata ara ad quam mactata sunt animalia, certe ex Scripturae silentio de loco sacrificii ab Habele facti, nullum pro cruento sacrificio penitus negando poterit desumi argumentum. Radicem denique שעה de aliis sacrificiis in Scriprura non adhiberi, haud coacti largimur, num vero ratione significatus verbum נבט a Summo Numine Amos. V. 22. vsurpatum differt? Et haec quidem sunt potiora ab auctore dictae dissertationis obiecta, reliqua autem tanquam leuiora iure tacemus argumenta. Infringere quidem insuper conatur h) rationem ad stabiliendam nostram sententiam ex Ebr. XI. 4. ibidemque adhibita θυσίας voce depromendam; quam feliciter autem id factum

et refutatur.

e) §. XV. p. 190.
f) Philolog. S. L. III. tr. 1. Can. 6.
g) §. XI. not. a.
h) l. c. pag. 192.

an θυσία de ſacrificiis incruentis adhibeatur?

factum ſit, aequus lector iudicet. Vocem nimirum θυσίαν generaliorem eſſe putat, quae de omnibus oblationibus cruentis aeque ac incruentis ſoleat adhiberi. Pone nunc quidem, haec ita ſe habere, *oblationem* tamen ſignificaret! qualis vero haec fuiſſet oblatio a viro illo docto Habeli adſcripta? Deſcribit eandem[i]) *per conſecrationem, perinde vt Abraham Melchiſedeko decimas pependiſſe legitur.* Num vero illae decimae, ni ſenſu latiſſimo velis, oblatio dici merentur? De omnibus מנחות Deo oblatis pars aliqua ad minimum fuit cremata, de decimis autem nihil, quae hinc nunquam in Scriptura hac voce adpellantur, nec a LXX. θυσίαι dicuntur. Quod ſi igitur Habel aliquid Deo obtulit, pars eius neceſſario cremanda, non autem tota oblatio ad alios eosque ignotos vſus adſeruanda fuit. Sed nec concedimus θυσίας vocem de oblationibus incruentis in codice ſacro adhiberi. Fatemur quidem in profanis ſcriptoribus θύειν interdum generaliori ſignificatu de illo quod in honorem Numinis crematur vſurpari; loquimur vero de ſenſu biblico. Fatemur etiam LXX. ſaepius ferta et libamina θυσίαν, θυσίασμα, δῶρον θυσίας adpellare, imprimis Leuit. II. illorum tamen parum nos mouet auctoritas, cum conſtet eos non fideliſſimos fuiſſe fontium ſacrorum interpretes.[k]) In Nouo autem Foedere hunc vſum vocis θυσίας de ſacrificiis ſine caede animantium peractis occurrere loca allegata non probant. Marc. XII. 33. ὁλοκαυτώματα quidem et θυσίαι coniunguntur, non vero his voci-

i) Obiter p. 190. monet: Melchiſedekum non ſine ratione a quibusdam pro filio Dei haberi; quam ſententiam plures maiori ratione refutatam dederunt, ex quibus inſtar omnium nominare lubet Summum illud eccleſiae purioris euangelicae, et imprimis Academiae noſtrae decus SAL. DEYLING. in Obſ. S. T. II. Obſ. V. §. 5. ſqq.

k) Speciminis loco quaedam adferre lubet loca, ex quibus et innumeris aliis ſatis ſuperque patet, ſic dictos LXX. vel non intellexiſſe fontes, vel noluiſſe eosdem recte interpretari, vel friuole ſaltem tractaſſe Scripturam, vel verſionem quam hoc nomine nunc quidem habemus ad modum eſſe corruptam. Gen. II. 2. יום השביעי mutarunt in ἡμέραν ἕκτην; Quis nunc diceret, שביעי denotare et ſextum et ſeptimum? Gen. III. 15. rad. שוף bis per τηρεῖν ſunt interpretati; Num igitur vel τηρεῖν habet conterendi, vel שוף ſeruandi ſignificatum? Gen. XXXVII. 28. עשרים כסף verterunt εἴκοσι χρυσῶν; Num ideo כסף aeque aurum et argentum denotat? Ion. II. 4. ארבעים יום expoſuerunt per τρεῖς ἡμέρας. Quis autem ſanae mentis credet ארבעים et quadraginta et tres eſſe? conf. DRVSII Obſeruat. L. VI. c. 9.

vocibus *omnes sacrificiorum species, cruenta et incruenta distincte designantur*, sed potius עולות et זבחים holocausta et alia sacrificia cruenta intelliguntur, vti haec duo coniuncta Exod. X. 25. 2 Reg. X. 24. leguntur. Quando autem Act. VII. 42. Stephanus vel si mauis Lucas duo vocabula זבחים ומנחה ab Amoso C. V. 25. adhibita per σφάγια καὶ θυσίας interpretari videtur, notandum est, virum illum θεόπνευστον non verbotenus transtulisse Amosi verba, sed tantum quoad potiorem sensum, quod inspectio facile docet, hincque vocabula illa ad omnis generis mactationes sacras indicandas adhibuisse. [l]) Plura non adiiciamus, cum haec sufficere videantur, ad sententiam illius alioquin doctissimi auctoris refutandam. [m]) Ipsam potius oblati ab Habele sacrificii secundum propriam vocum significationem, a qua sine summa necessitate non erit recedendum, breuiter considerabimus naturam.

§. XIII.

Obtulit Habel. מבכרות צאנו. Mose teste obtulit Habel מבכרות צאנו Voce צאן minorum animalium genus, ouium scilicet et caprarum grex designatur[n]) cuius בכרות cultui diuino Habel consecrauit. בכור proprie significat primogenitum, et licet vocabulum hocce interdum μεταφορικῶς de omni illo quod in suo genere praestantissimum est, adhibeatur; [o]) non tamen opus est, vt in nostro loco proprium linquamus significatum; gregis potius פטר רחם primogenituram, quae et alias בכורת הצאן in scriptura dicitur. Deut. XII. 6. 17. XIV. 23. intelligendam esse credimus. Sub cultu leuitico omne primogenitum inter

l) Et quid? si diceremus, ex hoc ipso loco probari posse, vocem מנחה etiam cruenta sacrificia denotare?

m) Placuit BRAVNIO Comm. in Ep. ad Ebr. p. 706. idem de voce θυσίας adserere, quod scil. de rebus etiam inanimatis adhibeatur. Argumentum suum ex Ebr. XI. 4. desumit, quia ibidem Caino adscribatur θυσία, quando dicitur πλείονα θυσίαν Ἄβελ παρὰ Κάϊν προσήνεγκε τῷ θεῷ. Facile autem hoc argumentum ruet, modo perpendamus, negationem alterius saepe in Scriptura per comparationem proponi v. c. Gen. XXXVIII. 26. 1 Sam. XXIV. 18. Luc. XVIII. 14. conf. HAKSPANII Not. Sel. T. III. p. 351.

n) Conf. BOCHART. *Hieroz.* T. I. p. 420. 432.

o) v. c. Iob. XVIII. 13. conf. SCHMID. in h. l. Ies. XIV. 30. Non tamen huc debet referri Ps. LXXXIX. 28. vbi de Messia dicitur: Deum eum primogenitum constituere velle; quod literaliter et sine vlla metaphora impletum esse legitur, Matth. I. 25.

ter homines aeque ac bestias suum esse voluit Deus, vtpote in quod peculiare aliquod ius, primogenitorum omnium in Aegypto caede, acquisiuerat; ante hanc cladem autem nulla peculiaris lex de offerendis animalium primogenitis extat*, nec veritatis speciem habet, talem a Deo latam fuisse legem. Habeli igitur cultum Deo sacrificialem exhibituro liberum erat, quale animalium purorum genus, et quaenam *indiuidua* sacrificare vellet. Pius tamen ille vir omnium bonorum datori optimum atque praestantissimum reddendum esse iudicabat, primogenitos hinc gregis Deo dicabat, non omnes quidem, quosdam tamen ex illis, quod particula מ voci בכרות praemissa ostendit. Forte etiam in hac ipsa sua primogenitorum oblatione illius vera fide adprehendebat *ἀπολύτρωσιν*, qui erat *πρωτότοκος πάσης τῆς κτίσεως*. Col. I. 15. Describit autem sacer vates vlterius Habelis sacrificium, quod obtulerit מחלבהן. Auctor illius dissertationis de origine sacrificiorum cruentorum contendit p) illud מחלבהן non primogenitos, sed gregem respicere, idque propter particulam מ; si enim de adipe *τῶν* בכרות esset accipiendum, per notam accusatiui את fuisse coniungendam vocem monet. Notula vero accusatiui obiectum vocis חלבהן non magis determinaret, quam notula ablatiui vel potius praepositio מ. Modus hic insuper Scripturae S. est loquendi vsitatissimus, vt suffixium obiectum respiciat proximum, obiectum autem non fuerunt צאן sed potius בכרות הצאן conf. Leuit. III. 9. Num. XVIII. 17. etc. Nec denique sine ratione praemittitur מ, sed potius hoc ipso innuitur, non omnem adipem, vti sub lege leuitica factum, Exod. XXIX. 13. sed partem eius tantum Deo obtulisse Habelem. Notat quidem dictus auctor, מ quoties de adipe victimarum adhibeatur, non alium habere quam comparandi vsum, ideoque prouocat ad 1 Sam. XV. 22. Vnicus autem ille est locus, vbi מחלב de adipe victimarum occurrit, et hinc ex illo nil poterit demonstrari, longeque alius ibidem est loquendi modus, quam in nostro dicto, in quo qualis comparatio possit adhiberi, plane non perspicimus. Vox haec חלב in Scriptura Sacra saepe rei cuiusuis optimum significat, q) vnde etiam R. MOSES ben *Issaschar* vertitit, *von ihrem besten* r) quam interpretationem plurimi suam fecerunt Philologi. Simplicissima tamen illa nobis videtur explicatio, quae

ומחלבהן

בהז

p) l. c. p. 191. q) Cf. DRVSII Obseru. L. X. C. I.
r) In באר משה Prag. 429. C. 1669.

ומחלבהן explicat, *et* h. e. nempe *de adipibus illorum* scil. primogenitorum. Colligimus hinc primogenitos pecudum esse oblatos, qui comederentur, et eorum adipem, vel potius partem eius, qui igne consumeretur. Cum itaque non tota primogenita, sed adipem illorum tantum Deo obtulerit Habel, quod in oblationibus sub cultu leuitico שלמים dictis ex mandato diuino factum esse Leu. III. docet, a scopo aberrare non videntur doctores talmudici, qui ad hoc potius quam ad aliud sacrificiorum genus, Habelis oblationem statuunt esse referendam. [s])

§. XIV.

Cur placuerit Deo Habelis sacrificium, non vero Caini negatiue

Licet vero vna alteraque huius ab Habele facti sacrificii cum ritibus post tempora haec a Deo populo suo praescriptis conuenerit circumstantia, non tamen haec conuenientia effecit, vt Deo Habelis oblatio accepta fuerit, Caini vero minus. Huius enim fertum, Israelitarum fertis aliquo modo respondisse negari non poterit. Nec res a Caino sacrificatae, si eas in se species, Deo minus quam ab Habele allatae placuerunt, quia nulla dona per se summum Numen placare aut eidem placere possunt, cum omnes res apud Deum, tanquam illius opera, eiusdem sint pretii. Nec vitae genus a Caino electum, Deo fuit odiosum, [t]) a Iehoua quippe institutum. Gen. III. 17. Nec denique sacrificiorum Habelis et Caini differentia ratione diuini beneplaciti in eo erit quaerenda, quod Habel sacrificium expiatorium, Cain vero tanquam אדם מעשה seu ἐργαζόμενος nullum obtulerit. [u]) *adfirmatiue.* Cor offerentis Deus respicit, non ipsum oblatum munus. Πίστις hinc Habelis, Paulo Ebr. XI. 4. teste, vnica fuit causa, sine qua Deo placere nemo prorsus potest v. 6. quamque in Caino non adfuisse, praui eiusdem mores, homicidium imprimis peractum clarissime docent. coll. 1. Ioh. III. 12. [*]) Fides enim vera δι᾽ ἀγάπης ἐνεργουμένη

s) tr. זבחים fol. 116. a. ילקוט שמעוני fol. 10. col. 4.

t) Quod figmentum vtrumque prolixe defendit ABARBANEL *Comm. ad* h. l. Prius etiam adseruit IOSEPHVS Antiquit. L. I. c. 3.

u) Hanc sententiam propositam legimus in *Obs. ad Scr. S. p.* 64. Alias differentiae huius causas proponunt, et recte reiiciunt BOCHARTVS *Hierozoic.* T. 1. L. 2. c. XLIX. p. 537. BRAVN. in *Comm. in Ep. ad Ebr.* p. 706. sqq. *Alb.* SCHVMACHER diss. de Εμπυρισμῷ *Sacrificii Habelis* Brem. 1718. §. 18.

*) Eodem modo Iudaei de Caino adserunt, eum e serpente esse prognatum v. c. *Ialkut Rubeni* fol. 20. col. 3. *Pirke Eliefer* c. 21. et alias saepe, quod non proprie sed mystice explicari debet.

μένη esse debet Gal. V. 6. x) In Habele vero adfuit fides, et haec firma remissionis peccatorum et gratiae Dei per mediatorem mittendum fiducia, Deo ita placuit, vt propter hanc ipsius etiam oblationem respiceret, hoc est, gratiose acciperet. Hinc dicitur: *respexit Deus ad Habelem et* (deinde etiam) *ad sacrificium eius.* *) Quo sensu verba videndi ראה ׀ פנה ׀ חזה ׀ נבט saepius in Scriptura adhiberi magnus BOCHARTVS y) prolixe ostendit, metaphora scilicet ab eis desumta, qui oculorum nutu munus sibi esse acceptum indicant, et in rem gratam oculos quasi fixos intendunt, illos e contrario ab illo quod displicet, statim auertunt, nulloque intuitu idem dignantur; quibus verbis propter analogiam שעה annumerare, nulli dubitamus.

§. XV.

quo signo Deus beneplacitum suum declarauerit

Hoc beneplacitum singulari modo declarasse Numen facile inde colligi poterit, quia Habel *ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος.* coll. Matth. XXIII. 35. 1 Ioh. III. 12. *μαρτυροῦντος ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ τοῦ θεοῦ.* Ebr. XI. 4. Testimonia autem sua Deus primis temporibus signis et prodigiis exhibere est solitus. Ebr. II. 4. Accedit, quod et ipse Cain magnam illam suum inter et Habelis sacrificium perspectam habuerit differentiam, quam sine euidenti signo cognoscere non potuisset. Quale vero hoc fuit signum? Inanes et omni fulcro destitutas attulere con-

x) De malitia Caini prolixe disputant Iudaeorum doctores, e quibus imprimis Targumista Hierosolymitanus, et Ionathan ad Gen. IV. conferri possunt.

*) Elegantissime quantum Iudaeus valet, huius beneplaciti diuini caussam exposuit MOSES *Albelda* ס' עולת תמיד fol. 41. col. 3. edit. Venet. 361. C. 1601. Postquam enim allegatis ex Ps. LI, 8. verbis monuerat, Deo non placere sacrificia כפי עצמם *in se spectata*, eorum potius scopum esse, vt hominum corda confirment quando semet ipsos vna cum sacrificiis Deo offerunt, (qua de re etiam ABARBANEL in praefat. ad Leuit. prolixe et eleganter differit) Cainum autem hoc non fecisse, hinc nec Deum ad illum respexisse; de Habele haecce addit: עם הבכורות וחלביהן הביא את עצמו ונתקרב אל ה' כמו שראוי ׃ והוא תכלית הקרבן באמת ׃ ולכן וישע ה' אל הבל וגו' *cum primogenitis et adipe illorum semet ipsum adduxit et adpropinguare fecit ad Iehouam sicut decebat, hoc enim vere est fundamentum oblationis, hinc respexit Iehoua ad Habelem etc.* Sequentia non minus lectu dignissima sunt.

y) l. c. Euolui etiam meretur GLASSIVS Rhetor. S. p. 1575. sqq.

coniecturas, qui nunc de Adami teſtimonio, *) nunc ex mente gentilium, [z]) vel ſi mauis ex mente Iudaeorum [a]) de fumo recta in coelum adſcendente, nunc de felici rerum omnium ſucceſſu, nunc de angelo diuini fauoris nuntio, nunc de aliis ſignis huius εὐδοκίας cogitarunt. [b]) Rectius vero de ἐμπυρισμῷ ſeu ſacra et miraculoſa ſacrificii accenſione, [c]) modum illum peculiarem, quo Deus ad Habelis reſpexit ſacrificium, praeeuntibus Iudaeorum haud paucis, iisque non infimae notae magiſtris, ABARBANELE [d]) ISAAC BEN SALOMO [e]) ABEN ESRA [f]) ABRAHAM SEBA [g]) ELIESER GERM. [h]) aliisque, [i]) maxima Philologorum et Theologorum praeſtantiſſimorum pars explicauit, ex quibus b. LVTHERVM [k]) DEYLINGIVM [l]) BVDDEVM [m]) VARENIVM **) SCHARBAV [n]) BOCHAR-

factum hoc eſt ἐμπυρισμῷ

*) cf. BERTRAMI *Lucubrat. Franktalenſ.* cap. I. *Crit. Angl.* T. VI. p. 1121. ſq.

z) conf. SENECA Oedip. verſ. 307. ſqq.

a) Notiſſimum eſt commentum Iudaeorum de fumo columnae inſtar ad coelum in templo primo adſcendente. cf. פרקי אבות Cap. V. §. 5.

b) cf. SCHVMACHERI diſſ. cit. §. 6. ſqq. LVNDII *Iüdiſche Heiligthümer* L. I. C. XXXIV. §. 18.

c) cf. de illa praeter SCHVMACHERI diſſ. cit. S. Vener. SAL. DEYLING. *Obſ. S.* P. II. obſ. XII. ZORN. l. c. p. 400. ſqq. BVXTORF. *Exercitat. ad Hiſt.* n. 2. *de igne ſacro et coeleſti.* IOH. BVSCH diſſ. *de odore quietis ſacrif. Noach.* §. 2. SCHVRTZFLEISCH diſſ. *de cultu ignis* p. 4. 5. KOEPKEN diſſ. *de igne coeleſti* Segm. 1. aliosque plures.

d) in h. l. fol. 36. col. 2. ita loquitur זכר הכתוב ששעה הק"בה אל הבל ואל קין ואל מנחתו לא שעה ׀ והיה זה אם שירד אש מלפני יי' ותאכל את המנחה ׀ כמו שהיה בקרבן נח וכו' *meminit Scriptura, reſpexiſſe S. B. ad Habelem, ſed ad Cainum, et ad ſacrificium eius non reſpexiſſe; et factum eſt hoc, quando deſcendit ignis a Iehoua, et comedit oblationem, ſicuti factum eſt in oblatione Noachi etc.*

e) וישע ׀ ירדה אש וליחכה מנחתו *et reſpexit, deſcendit ignis et conſumſit oblationem eius.*

f) ויתכן שירדה אש ודשנה מנחת הבל ולא מנחת קין *certum eſt, deſcendiſſe ignem et in cinerem redegiſſe oblationem Habelis, non vero oblationem Caini*

g) צרור המור fol. 9. col. 3. edit. Venet. 327. C. 1567.

h) l. c. fol. 48. col. 2.

i) cf. ילקיט ראובני fol. 22. col. 2. edit. Wilmersd. 441. C. 1681. ISAAC KARO ס'תולדות יצחק fol. 10. col. 2. edit. Mant. 318. e. 1558.

k) Comment. in Gen. IV.

l) l. c. obſ. IV. §. XXII.

m) H. E. Vet. Teſt. T. I. p. 148.

**) l. c. p. 398.

n) Obſ. Sacr. p. 129.

BOCHARTVM [o]) VITRINGAM [p]) COCCEIVM [q]) LIGHTFOOTVM [*]) FR. FABRICIVM [**]) IO. MEYERVM [r]) BRAVNIVM [s]) BEAVSOBRE [t]) SCHVMACHERVM [u]) SCACCHVM [x]) nominare liceat; [y]) Ex veteribus autem THEODOTIO [z]) CHRYSOSTOMVS [a]) CYRILLVS ALEXANDRINVS [b]) pluresque alii huc pertinent. Et merito haec, quippe in literis ſacris aliqua ex parte fundata ſententia, tantum omni tempore obtinuit applauſum. Quoties enim Deus peculiari aliquo ſigno manifeſtare voluit, aliquod ſacrificium ſibi eſſe gratum, toties Scriptura referente id fecit per ignem, non quidem ſemper coelitus delapſum, peculiari tamen modo excitatum, quod ex Gen. XV. 17. Leuit. IX. 24. Iud. VI. 21. 1 Reg. XIIX. 38. 1 Chron. XXI. 26. 2 Chron. VII. 1. ſqq. [c]) coll. 2 Maccab. II. 10. [d]) abunde patet. Vtque plura argumenta ab aliis fuſius propoſita ſicco nunc pede tranſeamus, certe in populo Dei huncce *ἐμπυρισμὸν* pro euidentiſſimo fauoris diuini ſigno fuiſſe habitum ex Pſ. XX. 3. liquet, vbi regem ſuum grauiſſimas anguſtias ſubiturum piis hiſce proſequitur votis: יזכר כל מנחתיך ועולתך ידשנה *recordetur omnium oblationum tuarum, et holocauſtum tuum in cineres redigat.* Hoc igitur ſigno, igne nimirum Habelis ſacrificium comburente, gratum ſibi eſſe

o) Hierozoic. l. c. p. 536. p) Obſ. Sac. T. 1. p. 1105.
q) Summar. Theol. Cap. LIII. §. 2.
*) Opp. T. I. p. 155. **) diſſ. *de origine ſacrificiorum* Lugd. Bat. 1714. §. 67. ſqq. p. 64. ſqq. r) Adnot. in Seder olam p. 847.
s) Comment. in Ep. ad Ebr. p. 710. hanc ſententiam non reiicit, licet nil certi decernat, quod et GLASSIVS facit, l. c. p. 1575.
t) dans les Remarques Hiſt. Crit. et Philolog. ſur le N. T. T. II. p. 185. u) Diſſ. cit.
x) Sacrorum Elaeochrismat. Myrothec. l. c. VIII. p. 38.
y) Plures adhuc apud POLVM in ſynopſi ad Gen. IV. nominantur.
z) Qui in verſione ſua graeca וישע per ἐνεπύρισεν explicauit. cf. *Bernardi* de MONTFAVCON *Hexapla Origenis.* Paris 1713. T. I. p. 20. vbi etiam egregius ex Hieronymo huc pertinens adducitur locus.
a) in Epiſt. ad Ebr. Homil. 22. vbi etiam Syriacam verſionem conſentientem allegat.
b) Comment. in Gen. IV.
c) Hic ideo imprimis notandus eſt locus, quia ignis οὐρανοπετὴς non tantum העולה ſed et זבחים *alias victimas ſacras* conſumſit. coll. Leuit. IX. 24.
d) Idem miraculum in Noachi ſacrificio Gen. VIII. 20. 21. factum eſſe, Ebraeorum doctores credunt. cf. ABARBANEL l. c.

esse Habelem propter fidem huncque esse seruum suum, gratum sibi etiam propter fidem esse Habelis sacrificium ex mandato suo adductum, clarissime testatus est Deus. cf. 1 Reg. XIIX. 36. 38. Cainus vero tanquam profanus homo, et corde impurus, eiusmodi gratiae signo non exhilarabatur.

§. XVI.

Oblatio horum sacrificiorum מקץ ימים *facta.*

Hoc dispari euentu sacrificia sua fratres, qui dissimili studio magis tamen dissimili animo erant, obtulerunt מקץ ימים In his vocibus explicandis praestantissimorum interpretum diuersitas, de iisdem accuratius cogitandi et illam, quae nobis probabilior videtur reliquis, vberius adstruendi expositionem, exoptatam largitur occasionem.

Vocis קץ *significatus.*

De voce קץ nullus est, quantum constat, qui dubitet, eandem denotare *extremitatem;* praeter hanc tamen ipsi propriam notionem, *initii* quoque significatum eidem inesse, haud pauci sunt qui affirment. [e]) Ansam huic sententiae praebet Ier. XXXIV. 14.

Expositio loci Ier. XXXIV. 14.

vbi dicitur מקץ שבע שנים *a fine septem annorum dimittetis quilibet seruum suum*, simul tamen additur, *sex annos seruiet tibi*, quod etiam ex Exod. XXI. 2. Deut. XV. 12. adparet. Si igitur seruus non nisi sex annos seruire debet, necessario videtur dimittendus ineunte septimo anno, quod etiam plurimi volunt interpretes, [f]) inter quos imprimis IO. MEYERVS erit nominandus, [g]) qui dicta illa facile conciliari posse confidit, si modo expendamus, non dici מקץ שנת השביעית *a fine septimi anni* sed מקץ שבע שנים *a fine septem annorum* i. e. *septimo, qui finis et extremum est totius periodi septem annorum.* [h]) Stabiliri hanc explicationem credit MEYERVS ex Deut.

e) DAVID KIMCHI ס' שורשים voce קצץ *Anton. Reuchlinus* בס' יאיר נתיב s. *R. Mordechai Nathan Concord. Ebr. capitibus* voce קצץ Philipp. Aquinas in מעריך המערכות s. Dictionario, Paris 1629. p. 496. col. 1. aliique plures.

f) v. c. Aben Esra ad Exod. XXI. 2. Maimon. הלכ' עבדים cap. 2. etc.

g) De temporibus S. et festis diebus Ebraeorum P. 2. c. 17. p. 333. sqq.

h) Haec est explicatio R. Mosis b. Nachmann ביאור על התורה fol. 140. col. 4. edit. Venet. 305. C. 1545. vbi prolixe hac de re disputat, et inter alia his vtitur verbis כל דבר יש להן ראש וסוף / וראשם וסופם בהם / ותאמר בעשירית כי האחד ראש המספר והעשירי סופו / אם כן קץ שבע שנים שנת השבע שהוא סוף המספר ההוא: *in omni re est principium et finis, principium autem aeque ac finis ad illam pertinent, vti denarii*

Deut. XIV. 28. vbi legitur מקצה שלוש שנים *a fine tertii anni* h. e. ipsissimo tertio anno, *depromas omnis illius anni decimas.* Cum tamen prouentus omnis tertii anni antea fuerit decimandus, et tunc demum decimae illae leuitis etc. tradendae coll. XXVI. 12. quod non prius quam finito anno fieri potuisse exinde facile patet, quoniam *Succa*, tanquam collectionis fructuum festum, sub initium noui anni demum feriati sunt; melius illud dictum de ipso tertii anni fine exponetur. Maior adhuc MEYERI lapsus est, quando monet, posse Ierem. XXXIV. 14. ex Deut. XXXI. 10. illustrari, vbi Deus praecipit מקץ שבע שנים *a fine septem annorum in festo tabernaculorum praeleges hanc legem*, hanc legis autem, lectionem initio anni Sabbathici esse institutam; Contrarium enim *Talmudistarum* effatum expresse docet. [i]) Nec tuto MEYERVS ex vsu cardinalis argumentum aliquod depromsit, quia cardinalia saepissime pro ordinalibus poni neminem praeterit. [k]) Melius autem, seruato proprio vocis קץ significatu, procedet explicatio, si dicamus, sex annos seruitutis nominari, quia per sex annos integros eadem durauit, septimum annum autem ideo non numerari, quoniam non penitus in seruitute fuit absolutus. Mos enim Scripturae est, annos completos, omissis interdum mensibus atque diebus anni sequentis, nominare. מקץ igitur in hoc aeque ac in aliis Scripturae locis significat *in fine* seu *ad finem properante* vid. Num. XIII. 25. Deut. IX. 11. et alias saepissime. Immo quoties haec vox cum nominibus tempus, per numerum certum non determinatum, significantibus coniungitur, verti debet *in fine* seu finito v. c. Ier. XIII. 6. 1 Reg. XVII. 7. et hinc in nostro loco Gen. IV. finitum tempus denotat.

§. XVII.

denarii numeri principium vnitas et decem finis dicitur; ita etiam finis septem annorum est annus septimus, quoniam ille est finis huius numerii.

i) tr. סוטה cap. VII. §. 8. fol. 41. a. פרשת המלך כיצד ׳ מוצאי יום טוב הראשון של חג בשמיני במוצאי שביעית עושין לו בימה של עץ בעזרה והוא יושב עליה׳ שנ׳ מקץ שבע שנים במועד וגו׳ Sectio a rege praelegenda quibus ritibus recitata est? Transacto primo die festi tabernaculorum in octauo anno exeunte septimo faciunt ipsi suggestum ligneum id atrio mulierum, ipse autem huic insidet. Q. S. E. Deut. XXXI. 10. a fine septem annorum statuto tempore etc. in quem talmudis locum R. IOM. TOBH. in תוספות et R. IOSEPH. f. Chaiim Zarpathi יד יוסף fol. 285. col. 3. edit. Amstelod. 460. C. 1700. conferri merentur.

k) cf. de ipsa voce שבע Deut. XV. 9.

§. XVII.

Tempus illud, quo finito Cain et Habel sacrificia sua obtulerunt, *Qui sint* ימים
per יָמִים describitur, cuius vocis crebrior in codice sacro vsus, nos neutiquam dubitare sinit, quin per eandem dies significentur. יום tempus lucis notat, quod opponitur nocti. Gen. I. 5. vel etiam diem naturalem, seu spatium viginti quatuor horarum Gen. I. 5. 8. etc. vel synecdochice tempus, v. c. Gen. II. 4. Num. VIII. 17.[l]) vel denique metonymice res in tempore factas. Deut. IV. 32. Et in his notionibus omnes aeque grammatici conueniunt ac philologi ebraei. Dantur tamen haud pauci interpretes, qui magno interdum conatu praeter hactenus allatos vocis יום et ימים significatus, alium adhuc τοῖς ימים tribuunt sensum, *annuimque* hac voce volunt designari. Ita Kimchi[m]) non modo phrases חדש ימים et שנתים ימים de anno et mense completo explicat, rationem hanc addens כי לא תשלם לנו החדש והשנה כי אם ביום שלם לא במקצת היום ולפיכך נקראת השנה ימים *quia non absoluitur nobis mensis aut annus nisi die perfecto, non parte diei, hinc dicitur annus dierum;* sed varia etiam Scripturae S. loca adducit, in quibus vocem ימים absolute positam de anno interpretatur. Eandem Rabbinorum sententiam tantum non omnes Lexicographi ebraei et Philologi praestantissimi suam fecerunt, hicque error nescio quo modo longe lateque serpsit. Primo quidem intuitu, varia Scripturae loca explicationem hanc vel fulcire vel admittere videntur; sed, vti possibilis aliquis non statim verus est significatus, nisi vel in omnibus locis genuinum sensum producat, vel in quibusdam absolute necessarius sit; ita certe a communi vocis cuiusdam notione non erit recedendum, nisi grauissima vrgeat necessitas. Vocem ימים cum nominibus annum vel mensem significantibus coniunctam, completum illis inferre tempus haud, coacti concedimus,[n]) sed extra constructionem cum iisdem, annum in stylo historico[o]) voce ימים exprimi,

non annus

l) vti etiam graecorum ἡμέρα Med. III. 1. et latinorum *dies* quam saepissime adhibentur. cf. WOLFII Cur. Philol. T. 2. p. 346.

m) l. c. voce יום.

n) Hunc sensum habet vox ימים non modo vocibus ירח חדש ושנה, postposita Gen. XXIX. 14. XLI. 1. Deut. XXI. 13. 2 Sam. XIII. 23. XIV. 28. Ier. XXVIII. 3. 11. sed etiam iisdem praemissa. Gen. XXV. 7. XLVII. 8. 9. 2 Sam. XIX. 35.

o) In stylo prophetico, inprimis in Daniele, יום annum et ימים annos saepe significare, satis superque notum est.

exprimi, vel saltem locum Scripturae, vbi ימים exponantur necesse sit per annum, inueniri posse, nobis nondum persuasum est, immo talia potius pensa, in quibus anni significatus prorsus admitti nequit, plura occurrere, contendimus.

§. XVIII.

ימים Gen. XXIV. 55. non sunt annus.

Scripturae dicta quae ab interpretibus illi sententiae addictis vrgentur praecipua, paucis nunc considerabimus. Occurrit hic primo Gen. XXIV. 55. Rogabant Elieserem mater et frater Rebeccae תשב הנער אתנו ימים או עשור quae verba a pluribus ita transferuntur, *maneat puella nobiscum annum aut decem menses.* p) Historiam autem ipsam si paulo attentius introspicimus, ne probabile quidem videtur tantum commorationis tempus Labanem eiusque matrem postulasse, praesertim cum seruus Abrahae tamdiu expectare non potuisset qui celerrimum ad dominum suum reditum parabat. Plurimi hinc Christianorum interpretum rectius explicant, *dies aliquot, saltem decem.* q)

§. XIX.

Neque Exod. XIII. 10.

Alter locus, qui in hunc finem adduci solet, desumtus est ex Exod. XIII. 10. Iubet ibidem Deus Israelitas de Paschate verba faciens: ושמרת את החקה הזאת למועדה מימים ימימה quod mandatum ita exponunt, *serues hunc ritum tempore suo statuto quotannis.* r) Et sensum huius dicti hac explicatione non esse mutatum fatemur; notandum tamen est, a repetita voce ימים ad eandem semel positam non posse a quoquam certo concludi. Neque tamen concedimus, in hoc positu vocem ימים necessario annum, et repetitam vocem quotannis significare, sed potius communiori notione retenta verti potest, *de tempore in tempus*, id est, continuo. Eodem modo et alia loca vbi haec

p) Salomo Isaac ad h. l. Kimchi ad h. l. Ionathan Chaldaeus, Fagius, Grotius, Capellus ad h. l. aliique plures. Imo inter Iudaeos haec adeo recepta est explicatio, vt inde sequentibus saeculis apud eosdem mos fluxerit, vt moram totius anni traheret sponsa in aedibus paternis ante matrimonii consumationem, quod expresse adseritur tr. כתובות fol. 57. vbi ad Cap. V. mischn. 2. Obadias et Maimon. pluribus de hac consuetudine loquuntur. Onkelos parum recedit ab hac explicatione, vertens עידן בעידן או עסרא ירחין *tempus in tempus aut decem menses.*

q) Vulgatae auctor, Munsterus, Castellio, aliique, cf. Poli Synopsin. Ita etiam οἱ ό, ἡμέρας ὡσεὶ δέκα.

r) Salomo Isaac ad h. l. Aben Esra ad h. l. Kimchi l. c. Munsterus, Fagius, Vatablus, Clarius, Castellio, aliique numero multi.

haec vox repetita legitur commode possunt, imo haud raro debent exponi; v. c. 1 Sam. I. 3. [s]) Elkana dicitur adscendisse מימים ימימה ex vrbe sua ad incuruandum se et ad sacrificandum Iehouae in Silo. coll. 1 Sam. II. 19. Ipsi autem non quotannis saltem in locum tabernaculi erat eundum, sed potius ter singulo anno. Deut. XVI. 16. Itaque melius vertetur *de tempore in tempus*. Licetque v. VII. dicatur וכן יעשה שנה בשנה *ita faciebat quotannis*, vnde argumentum primo intuitu satis graue contrariae sententiae fautores depromunt; non tamen attendunt ad illam vocem adiectam מדי *quoties adscendere illa solebat*, quae omnino fuisset superflua, si semel quotannis Elkana vxorque eius adscendissent. Idem dicendum est de 2 Sam. XIV. 26. vbi מקץ ימים לימים explicatur כי כבד עליו Et certe intra anni spatium hominis detonsi crines in tantum pondus excrescere non potuerunt, quod tamen factum fuisse adfirmaremus, si dicere vellemus, Absolomum quotannis fuisse detonsum. Res autem facilius procedet si reddimus *de tempore in tempus*, quae indeterminata descriptio, plures sub se comprehendere potest annos. Nec opus est, vt ex Iud. XI. 40. dicamus *quotannis* saltem venisse foeminas Israeliticas ad Iephtae filiam, quoniam scribitur מימים ימימה. Nobis certe, non admodum probabile videtur, easdem per quatuor dies continuos cum filia Iephtae confabulatas esse, sed potius annuatim, separatis tamen temporibus, quatuor dies eandem visitarunt. Hinc etiam additur ארבעת ימים בשנה *quatuor dies in anno*, vbi illud בשנה superfluum foret, si מימים ימימה per quotannis vertere teneremur. Melior igitur sensus euadet, si explicabimus, *de tempore in tempus*. Et aeque facilis erit explanatio Iud. XXI. 19.

nec 1 Sam. I. 3.

nec 2 Sam. XIV. 26.

nec Iud. XI. 40.

§. XX.

Missis illis locis, vbi ימים repetitur, ad alia loca accedimus, quae ad stabiliendam vocis יָמִים *per annum* interpretationem vulgo solent vrgeri. Leuit. XXV. 29. a plerisque [t]) ita vertitur, vt verba ימים תהיה גאלתו hunc sensum fundant, *per annum durabit redemtio eius* scil. domus in vrbe muribus cincta venditae. Magnum huius expositionis se inuenisse credunt fundamentum in his subiunctis verbis

neque Leuit. XXV. 29.

s) Qui tamen locus aeque ac sequentia a plurimis ita exponuntur, vt anni notio retineatur. cf. DACHSEL Bibl. Accent. P. II. p. 600.

t) v. c. רש״י, Kimchi l. c. Vatablo, et omnibus propemodum qui in hunc locum sunt commentati.

והיתה גאלתו עד תם שנת ממכרו *et durabit redemtio eius, vsque dum finiatur annus venditionis eius;* et v. sq. ואם לא יגאל עד מלאת לו שנה תמימה *sique non redimetur ante elapsum totum annum.* Verum hoc ipsum, aliam vocis ימים suadet interpretationem, quia alias vna et eadem res bis in vno versiculo mutatis tantum verbis diceretur, quam ταυτολογίαν si volumus euitare, praeceptum diuinum ita explicemus: *quando aliquis vendet domum suam in vrbe muribus cincta, tunc durabit redemtio eius vsque dum finiatur annus venditionis, per tempus igitur durabit redemtio eius.*

§. XXII.

nec Num. IX. 22. Num. IX. 22. permansisse dicitur columna nubis et ignis duos dies, aut mensem, aut ימים, nec desunt interpretes, qui intelligant per hanc vocem *annum.* [u]) Vix tamen crederem, columnam per totum annum in vno eodemque loco non interrupto tempore mansisse, imprimis cum haec a Mose referantur, antequam exploratores in terram Canaan mittebantur. Accedit, quod v. XIX. ימים רבים *multi dies*, quos certe nemo per plures annos vertet, et v. XX. ימים מספר *dies numeri* i. e. pauci, nominentur. [x]) Quae igitur hisce versiculis de diebus pluribus aut paucis dicta fuere, sacer scriptor nunc in compendio tradit, monens, siue duos dies, siue mensem, siue plures dies continuos super tabernaculo permanserit, Israelitas etiam itinera sua ad hanc normam instituisse.

§. XXIII.

nec Iud. XIV. 8. De Simsone Iud. XIV. 8. traditur, וישב מימים לקחתה *et reuersus est post tempus aliquod vt duceret illam, et recessit ad videndum cadauer leonis, et ecce examen apum in corpore leonis et mel aderat.* BOCHARTVS [y]) et alii מימים in *annum* conuertunt, a quorum partibus vt stemus non est opus, cum explicatio modo suppeditata pronum sensum pariat. Nec sane BOCHARTVS tanto conatu, cadauer illud leonis

u) conf. e. g. Ionathan b. Vsiel, Kimchi l. c. רש״י, Munsterum et Fagium ad h. l.

x) IONATHAN in sua versione hos ימים מספר per septem dies septimanae et *Ludouicus* de DIEU Crit. S. p. 39. edit. Amstelod. 1693. per annum integrum interpretatur; oppositio tamen a spiritu sancto facta, nostram facile confirmabit explicationem.

y) *Hierozoic.* T. II. p. 505. Consentit cum eo LEVI b. Gerschon ad h. l.

leonis factum esse σκέλετον et anni tempus effluxisse, adseruisset, modo Virgilii verba. [z])

Post vbi nona suos aurora indixerat ortus
Inferias Orphei mittit, locumque reuisit.
Hic vero subitum, ac dictu mirabile monstrum
Adspiciunt, liquefacta boum per viscera toto
Stridere apes vtero.

in mentem venissent, quae satis docent, posse etiam in cadauere recenti apes mellificare. Accedit quod voxi גויה non nisi de corpore vel viuo vel haud diu defuncto in Scriptura adhibeatur. conf. 1 Sam. XXXI. 10. 12. [a])

§. XXIV.

Promittit Micha Iud. XVII. 10. Leuitae לימים decem siclos, *Nec Iud. XVII. 10.*
sique nunc ex mente רש"י aliorumque interpretum [b]) לימים per annum exponeremus, vile omnino esset pretium quod destinasset sacerdoti, quia quinque Ioachimici non suffecissent ad victum necessarium comparandum. Si in singulos dies Leuitae haec summa decreta esset, quotannis ille thaleros MDCCCXXV collegisset, quod nimium esset pecuniae, et pretium temporibus illis non conueniens. Hinc לימים melius vertitur *in nonnullis diebus*, s. post aliquod tempus.

§. XXV.

Disputatur etiam inter eruditos de commorationis Dauidicae *Neque 1 Sam.*
in terra Philistaeorum tempore, vtrum videlicet illa annum et quatuor *XXVII. 3.*
menses, an vero quatuor menses tantum durauerit. Disputationis ansam praebet 1 Sam. XXVII. 7. Dauid enim ibidem habitasse dicitur ימים וארבעה חדשים B. LVTHERVS in sua versione, BVDDEVS, [c]) LIGHTFOOT, [d]) BOCHARTVS, [e]) aliique [f]) ימים per *annum* vertunt. Alii e contrario Samuelis mortem praesupponentes, Saulis interitum septem duntaxat praecessisse mensibus, Daui-

z) GEORG. L. IV. 552. seqq.
a) Conf. DRVSIVS in Iud. XIV. 8. Eadem vox מימים Iud. XV. 1. repetitur; nec credibile est, Simsonem per totum annum vxorem suam non visitasse.
b) v. c. KIMCHI l. c. MVNSTERVS, VATABLVS, DRVSIVS ad h. l. ipseque B. LVTHERVS.
c) H. E. V. T. P. II. p. 106.
d) Opp. T. I. p. 72.
e) *Hieroz.* P. II. p. 505.
f) Conf. POLI *Synopsin.*

Dauidem quatuor menses et dies aliquot apud Philistaeos fuisse commoratum adserunt. [g]) Nos autem Scripturae Sacrae ductu, et chronologiae dictis Scripturae expressis suffultae respectu, adsumimus ex 1 Sam. XIII. 1. [h]) Saulem non nisi duos annos regnasse. Altero nunc regiminis anno sine dubio a Deo plenarie repudiatus, et in locum eius Dauid vnctus, inque Saulis aulam receptus est, qui igitur anni spatium in Ziklag habitare non potuit. Arridet igitur nobis illa explicatio, quae Dauidis commorationem *per tempus aliquod nempe quatuor menses* durasse dicit. [i])

§. XXVI.

ימים in quibusdam locis annum denotare plane non possunt.

Qui in genere de voce ימים loquuntur, eamque interdum de *anno* esse explicandam adfirmant, hoc voci illi ימים sine numerali aliquo occurrenti competere monent. Nihilominus tamen multi Amos IV. 4. : הביאו לשלשת ימים מעשרתיכם ita exponunt: *adducite decimas vestras quolibet anno tertio*, [k]) prouocantes ad Deut. XVI. 28. XXVI. 22. vbi decimarum separatio anno quolibet tertio iubetur. Verum hae tertii anni decimae non ad tabernaculum foederis vel ad templum erant perferendae, sed potius in vrbibus singulis leuitis tradendae. Hinc potius de decimis secundis מעשר שני dictis, hic esse sermonem opinaremur, a Iudaeis in tribus diebus τῶν רגלים f. festorum solemnium Hierosolymam adferendis, ibidemque comedendis, coll. Deut. XII. 5. sqq. 11. sqq. 17. sqq.

XIV.

g) V. C. MVNSTERVS, VATABLVS, CLARIVS. R. SALOMO Isaac autem ad h. l. Samuelis mortem quatuor tantum menses ante Saulis mortem adserit euenisse, et cum eo Ebraeorum plurimi.

h) In h. l. conferendus est H. B. STARCKIVS Not. Sel. P. I. edit. post. p. 174. seqq. vbi ex accentuatione recte probat, non posse verba ושתי שנים מלך על ישראל *et duos annos regnauit super Israel*, ad versum sequentem trahi, sed potius totius imperii Saulis annos describere. Quadraginta autem anni a Paulo Act. XIII. 21. nominati, non ad Saulis regimen, sed ad tempus, quo regem Israelitae petierunt atque obtinuerunt, referendi sunt.

i) Eadem phrasis Iud. XIX. 2. legitur vbi recte LVTHERVS *vier Monath lang*. Drusius autem in ambiguo haeret, et varias tantum aliorum adfert explicationes.

k) LEYDEKKER *de vario Reipubl. Ebraeor. statu* L. I. C. VI. p. 63. edit. Amstelod. 1710. GLASSIVS *Philol. S.* p. m. 1515. 1932. VATABLVS, GROTIVS, DRVSIVS in h. l. qui vltimus etiam hanc sententiam strenue defendit, *Animaduers.* L. I. C. I.

XIV. 22. sqq. [l]) Quas decimas nunc non Deo sed idolis, non Hierosolymam, sed ad Bethel et Gilgal adducebant. [m])

§. XXVII.

Prouocari denique solet ad 2 Chron. XXI. vbi in verbis v. 15. ימים על ימים aeque ac v. 19. ויהי לימים מימים וכעת צאת הקץ לימים שנים vertendis, egregie discrepant interpretes.[n]) Nos breuitatis studiosi, v. 15. ימים על ימים *dies super dies*, actum quidem per aliquod tempus, non tamen per aliquot annos continuatum, indicare credimus; [o]) versum autem 19. ita exponimus: et *durauit* morbus eius *in dies a diebus* i. e. per aliquod tempus, *et tempore quo exibat terminus ille duorum dierum, etc.* [p]) Dantur et alia

Nec 2 Chron. XXI. 15. ימים annum designant.

l) IOSEPHUS *Antiq. Iudaic.* L. V. C. XI. p. 165. edit. Colon. de Elkana et Hanna dicit: παρῆσαν οὖν ὑπὲρ τοῦ παιδὸς θύσοντες δεκάτας τε φέροντες. Conferri etiam meretur Tob. I. 6. 7. iuxta graecum exemplar, cum quo conuenit contextus ebraeus, Basil. 1543. et ibid. 1563. impressus, vbi Tobias dicit, se festorum tempore Hierosolymam iuisse, suasque decimas attulisse.

m) Haec sententia magis arridet DACHSELIO *in Bibl. Accent. Ebr.* T. II. p. 464. TARNOV. *Comment.* in Proph. Minor. p. 616. (qui tamen alteram non plane, vti debebat, reiiciendam esse credit) MUNSTERO, eiusque exscriptori CLARIO. R. SALOMO ISAAC et R. DAVID KIMCHI in h. l. adserunt, Iudaeos contra legem diuinam, Leu. XIX. 6. tertio etiam die קדשים קלים *sacrificia leuia*, qualia praeter Pascha, primogenitum et sacrificium pacificum pro vno oblatum, imprimis decimas esse Iudaei dicunt, comedisse. Si haec vero Prophetae fuisset sententia, certe pro linguae ebraeae genio ליום השלישי dixisset coll. Leuit. XIX. 6. 7. Nec dicit Propheta: *comedite*, sed, *adferte*.

n) Conf. POLI *Synopsin.*

o) GROTIUS et *Vulgata* interpretantur, *per singulos dies*, VATABLUS *quotidie*, *Chaldaica versio* יומיא על שניא TREMELLIUS et IUNIUS in textu, *per duos annos continuos*, in margine vero, *annum super annum. Versio Iudaeo-Germ. prior*, *von Tag zu Tag*, altera autem, *Jar auf Jar.*

p) Chaldaica a *Beckio* edita versio והוה לזמן יומין ובעדן דעבר צרכיה יתיר מן קציה ליומין תרין *accidit vero post tempus dierum, et tempore, quo faciebat necessitatem suam plus quam finis eius erat* i. e. plus iusto, *post biduum etc.* Cum qua ad amussim conuenit versio a *Wilkinsio* Amstelod. 1715. publicata, tantum ad voces לזמן יומין addit ושנין KIMCHI לימים שנים explicat per שתי שנים quod et R. SALOMO Isaac facit, qui tamen קץ recte de termino a Propheta constituto exponit. Nec conueniunt inuicem versiones *Iudaeo-Germ.* prior interpretatur, *und es war von Zeit zu Zeit, und as die Zeit ausgieng, das*

Dauidem quatuor menses et dies aliquot apud Philistaeos fuisse commoratum adserunt. [g]) Nos autem Scripturae Sacrae ductu, et chronologiae dictis Scripturae expressis suffultae respectu, adsumimus ex 1 Sam. XIII. 1. [h]) Saulem non nisi duos annos regnasse. Altero nunc regiminis anno sine dubio a Deo plenarie repudiatus, et in locum eius Dauid vnctus, inque Saulis aulam receptus est, qui igitur anni spatium in Ziklag habitare non potuit. Arridet igitur nobis illa explicatio, quae Dauidis commorationem *per tempus aliquod nempe quatuor menses* durasse dicit. [i])

§. XXVI.

ימים in quibusdam locis annum denotare plane non possunt.

Qui in genere de voce ימים loquuntur, eamque interdum de *anno* esse explicandam adfirmant, hoc voci illi ימים sine numerali aliquo occurrenti competere monent. Nihilominus tamen multi Amos IV. *4.* : הביאו לשלשת ימים מעשרתיכם ita exponunt: *adducite decimas vestras quolibet anno tertio,* [k]) prouocantes ad Deut. XVI. 28. XXVI. 22. vbi decimarum separatio anno quolibet tertio iubetur. Verum hae tertii anni decimae non ad tabernaculum foederis vel ad templum erant perferendae, sed potius in vrbibus singulis leuitis tradendae. Hinc potius de decimis secundis מעשר שני dictis, hic esse sermonem opinaremur, a Iudaeis in tribus diebus τῶν רגלים s. festorum solemnium Hierosolymam adferendis, ibidemque comedendis, coll. Deut. XII. 5. sqq. 11. sqq. 17. sqq. XIV.

g) V. C. MVNSTERVS, VATABLVS, CLARIVS. R. SALOMO Isaac autem ad h. l. Samuelis mortem quatuor tantum menses ante Saulis mortem adserit euenisse, et cum eo Ebraeorum plurimi.

h) In h. l. conferendus est H. B. STARCKIVS Not. Sel. P. I. edit. post. p. 174. seqq. vbi ex accentuatione recte probat, non posse verba ושתי שנים מלך על ישראל *et duos annos regnauit super Israel*, ad versum sequentem trahi, sed potius totius imperii Saulis annos describere. Quadraginta autem anni a Paulo Act. XIII. 21. nominati, non ad Saulis regimen, sed ad tempus, quo regem Israelitae petierunt atque obtinuerunt, referendi sunt.

i) Eadem phrasis Iud. XIX. 2. legitur vbi recte LVTHERVS *vier Monath lang*. Drusius autem in ambiguo haeret, et varias tantum aliorum adfert explicationes.

k) LEYDEKKER *de vario Reipubl. Ebraeor. statu* L. I. C. VI. p. 63. edit. Amstelod. 1710. GLASSIVS *Philol. S.* p. m. 1515. 1932. VATABLVS, GROTIVS, DRVSIVS in h. l. qui vltimus etiam hanc sententiam strenue defendit, *Animaduers.* L. I. C. I.

XIV. 22. sqq. [l]) Quas decimas nunc non Deo sed idolis, non Hierosolymam, sed ad Bethel et Gilgal adducebant. [m])

§. XXVII.

Prouocari denique solet ad 2 Chron. XXI. vbi in verbis v. 15. ימים על ימים aeque ac v. 19. ויהי לימים מימים ובעת צאת הקץ לימים שנים vertendis, egregie discrepant interpretes. [n]) Nos breuitatis studiosi, v. 15. ימים על ימים *dies super dies*, actum quidem per aliquod tempus, non tamen per aliquot annos continuatum, indicare credimus; [o]) versum autem 19. ita exponimus: et *durauit* morbus eius *in dies a diebus* i. e. per aliquod tempus, *et tempore quo exibat terminus ille duorum dierum, etc.* [p]) Dantur et alia

Nec 2 Chron. XXI. 15. ימים *annum designant.*

l) IOSEPHVS *Antiq. Iudaic.* L. V. C. XI. p. 165. edit. Colon. de Elkana et Hanna dicit: Παρῆσαν οὖν ὑπὲρ τοῦ παιδὸς θύσοντες δεκάτας τε φέροντες. Conferri etiam meretur Tob. I. 6. 7. iuxta graecum exemplar, cum quo conuenit contextus ebraeus, Basil. 1543. et ibid. 1563. impressus, vbi Tobias dicit, se festorum tempore Hierosolymam iuisse, suasque decimas attulisse.

m) Haec sententia magis arridet DACHSELIO *in Bibl. Accent. Ebr.* T. II. p. 464. TARNOV. *Comment.* in Proph. Minor. p. 616. (qui tamen alteram non plane, vti debebat, reiiciendam esse credit) MVNSTERO, eiusque exscriptori CLARIO. R. SALOMO ISAAC et R. DAVID KIMCHI in h. l. adserunt, Iudaeos contra legem diuinam, Leu. XIX. 6. tertio etiam die קדשים קלים *sacrificia leuia*, qualia praeter Pascha, primogenitum et sacrificium pacificum pro vno oblatum, imprimis decimas esse Iudaei dicunt, comedisse. Si haec vero Prophetae fuisset sententia, certe pro linguae ebraeae genio ליום השלישי dixisset coll. Leuit. XIX. 6. 7. Nec dicit Propheta: *comedite*, sed, *adferte*.

n) Conf. POLI *Synopsin*.

o) GROTIVS et *Vulgata* interpretantur, *per singulos dies*, VATABLVS *quotidie*, *Chaldaica versio* יומיא על שניא TREMELLIVS et IVNIVS in textu, *per duos annos continuos*, in margine vero, *annum super annum*. *Versio Iudaeo-Germ. prior*, *von Tag zu Tag*, altera autem, *Jar auf Jar*.

p) Chaldaica a *Beckio* edita versio והוה לזמן יומין ובעדן דעבד צרכיה יתיר מן קציה ליומין תרין *accidit vero post tempus dierum, et tempore, quo faciebat necessitatem suam plus quam finis eius erat* i. e. plus iusto, *post biduum etc.* Cum qua ad amussim conuenit versio a *Wilkinsio* Amstelod. 1715. publicata, tantum ad voces לזמן יומין addit ושנין KIMCHI לימים שנים explicat per שתי שנים quod et R. SALOMO Isaac facit, qui tamen קץ recte de termino a Propheta constituto exponit. Nec conueniunt inuicem versiones *Iudaeo-Germ.* prior interpretatur, *und es war von Zeit zu Zeit*, *und as die Zeit ausgieng*, *das*

alia dicta, vbi interdum vnus vel alter interpres ימים de anno exposuit, nolumus autem talium locorum explanationem nimis cumulare, cum ex his iam adductis satis pateat, non firmo eosdem niti fundamento, sed facillime omnia illa loca ita posse transferri, vt vel propria vocis ימים retineatur notio, idque quoties numerus certus adponitur, vel ימים indeterminatim per *tempus aliquod* exponantur.

§. XXVIII.

ימים prorsus non possunt significare annum.

Quod vero illos magis vrgere necessario debet interpretes, illud est, quod ימים saepe, absolute etiam positi, in literis sacris adhibeantur, vbi *anni* significatus plane impossibilis est. Ex multis locis duo tantum proferamus in medium. Gen. XXIX. 20. Cum Rachelis causa Iacob seruiuit Labani, septem seruitus anni ipsi fuere כימים אחדים *sicut dies quidam*, coll. XXVII. 44. Nullus autem prodiret sensus, si redderemus *septem anni ipsi fuere sicut anni quidam.* Quando Neh. I. 4. Nehemias anno regis Arthasastae vel Artaxerxis vigesimo, mense Chisleu nuntium accepisse dicitur, Hierosolymae muros esse abruptos, portasque eius esse crematas, idem fleuit, tristis fuit, ieiunauit, et preces fudit ימים. Quo minus vero hunc ipsius luctum per totum annum durauisse adfirmemus, obstat, quia eodem anno mense Nisan Hierosolymae aedificandae obtinuit potestatem C. II. 1. sqq. Tempus igitur quinque circiter mensium ימים adpellatur. Plura possemus pensa biblica adducere, modo instituti nostri ratio permitteret. Salua igitur haec perstabit sententia ימים in codice sacro *annum* nunquam significare.

§. XXIX.

Quidam מקץ ימים de fine anni exponunt

Illa tamen, quam hactenus refutatam dedimus, sententia adducti, plures Gen. IV. 3. מקץ ימים de *fine anni* exposuerunt; quod diuerso iterum conatu ab illis est factum. Quidam simpliciter verba adducta vertunt *post finem anni.* [q] Quidam tempus hoc accuratius determinaturi, *de elapso primo coniugii anno* cogitarunt [r] vel

End von zwey Jar; altera, *und es war von Jar zu Jar und as die Zeit von dem End von zwey Jar ausging.*

q) Vti ABEN ESRA, GLASSIVS Gramm. S. p. 1164. *Versio Iud. Germ.* Amstelod. 447. *und es war am End der Jar Tag.* Non posse tamen hanc explicationem habere locum adfirmat GERDESIVS *Vesp. Vadens.* p. 156.

r) PELARGVS in h. l. non alienam hanc esse opinionem credit. Cum vero

vel de finito post natiuitatem anno, [s]) vel de anno, quo Caïn agrum coluerat.[t]) Alii, plures annos innui credunt.[u]) Hinc a VARENIO triginta,[x]) a TANCHVMA quadraginta anni [y]) constituuntur, quae explicationes omnes, praeter auctorum suorum ingenium, nullum habent fundamentum.

§. XXX.

Plurimi Christiani interpretes de anni communis fine cogitantes, simulque in eundem apud Iudaeos plenariae messis finem incidisse in memoriam reuocantes, מקץ ימים de fine messis exposuerunt, et hinc oblationem a Caino et Habele factam, cum muneribus ab Israelitis Festo collectionis חג האסיף בצאת השנה dicto, [z]) ex ipsius *Quidam de messis fine cogitant.*

 Dei

vero Sctiptura de Caïni et Habelis nil memoret coniugio, ab illo nec computandi terminus poterit desumi.

s) CHISKIIAH b Manoach in ס' חזקוני edit. Cremon. 5319. C. 1559. fol. 9. col. 2. מקץ ימים שנולדו ,שנה תמימה נקראת ימים וכ' *a fine dierum ex quo nati sunt, annus autem integer dicitur* ימים.

t) VARENIVS *Decad. Mos. in Genes.* p. 398. *et factum est ab extremitate dierum anni, quibus terram coluerat Cain.* Idem sentit STOCKIVS *in Lex. s. Claue L. E.* p. 435. licetque p. 960. pro *anno integro elapso* substituat, *exactis aliquot diebus*, in vtroque tamen loco terminum a quo eundem constituit, ex quo scil. quisque fratrum certo vitae generi se manciparat. conf. etiam Aben Esra ad h. l.

u) ס הישר edit. Prag. fol. 1. ויגדלו הנערים ויתן להם אביהם אחוזה בארץ ויהי קין עובד אדמה והבל רועה צאן: ויהי מקץ ימים ושנים וכו' vltima haec verba in edit. *Iud. Germ.* Frcf. ad Moen. 434. C. 1674. ita exprimuntur, *und es war am End einigen Tagen und Jar.*

x) Parum sibi constans VARENIVS l. c. p. 402. ita scribit: *Si quaeratur de aetate offerentium, ex* מקץ ימים *probabiliter concluditur pro annis triginta.* Vnde vero ipsi haec probabilitas suborta sit non constat, nisi forte cum LIGHTFOOT. Opp. T. I. p. 350. et p. 691. falsе credidit, sacerdotes sub lege leuitica ante tricesimum annum ordinarie sacerdotio non potuisse fungi; Cainum igitur atque Habelem eundem annum attigisse.

y) in תנחומא s. ילמדנו fol. 3. col. 3. monet, posse מקץ ימים explicari *de fine anni, vel duorum annorum, vel dierum, vel quadraginta annorum*, quae vltima ex mente doctorum suorum ipsi magis placere videtur sententia.

z) coll. Exod. XXIII. 16. XXXIV. 22. Idem festum magis vsitato nomine חג הסכות tabernaculorum festum dicitur. Deut. XVI. 16. Non vero confundendum erit cum חג הקציר messis festo חג שבעות alias nominato.

Dei mandato tempore sequenti sacrificatis, conferre non dubitant.[a]) Quae ad corroborandam hanc sententiam a temporis huius opportunitate, quo gentiles etiam sacrificia offerre et otiari consueuerint, vel ab analogia cum festo illo Iudaeorum memorato, desumi solent argumenta, rem euictam potius illustrare, quam probandam demonstrare, facillime adparet. Illam autem ex vocis ימים vsu depromtam rationem, frigidam esse, supra iam ostendimus. Nec maioris est ponderis PELARGI explicatio, quem primum coniugii annum hic quaerere diximus, quique insimul auctumno fratres illos terrae ouiumque primitias adduxisse ideo tradit, quia expiationis festum postea in auctumnum inciderit.

Vel de expiationis festo.

§. XXXI.

Vel de festo Paschatos et messis tempore.

Cum vero duplex apud Iudaeos anni obtineat initium, vetustissimum a mense Tisri circa aequinoctium auctumnale, recentius post egressum ex Aegypto circa vernale aequinoctium mense Nisan; immo, cum inter eruditos, quo anni tempore mundus sit conditus, [b]) non conueniat; ex Christianis aeque ac Iudaeis plurimi קץ ימים de verno tempore explicarunt, quo festum Paschatis et primarum terrae frugum, sequentibus temporibus Deus sibi iussit celebrari. Vtraque XIV mensis Nisan dieque sequenti in ecclesia Iudaica instituta solennitas, notissima est, vt bis coctam crambem recoquere vereamur. Hoc autem tempus nostro in loco indigitari, interpres Chaldaeus IONATHAN in versione sua auctor est, [c]) consentientibus ex veteribus, R. SIMEON [d]) et R. IOSI; [e]) ex recentioribus R. DAVID *de Lida*

a) BVDDEVS H. E. V. T. Per. I. Sect. I. §. 31. p. 146. nil equidem certi determinat, eorum tamen sententiam non credit reiiciendam, *qui per finem dierum, finem messis, qui etiam erat finis anni*, intelligunt. Prolixe hanc expositionem defendit HEIDEGGER Histor. S. Patriarch. P. I. Exerc. V. §. 18. p. 178. Conferri etiam meretur SCHINDLER. in *Lex. Pentagl.* p. 745. H. S. REIMARVS in diss. *de legibus Mosaicis ante Mosen* Hamb. 1741. §. 23. et dissertatio *Anonym.* supra memorata *de orig. sacrif. cruent.* Temp. Heluet. T. VI. p. 188.

b) De his atque aliis annum computandi rationibus in compendio doctissime agit Summe Ven. IO. G. CARPZOV. l. c. p. 385. sqq.

c) Verba מקץ ימים exponit מסוף יומיא בארבסר דניסן.

d) In ילקוט fol. 10. col. 3. הגיע ליל יום טוב של פסח / קרא אדם לבניו אמר ׳ עתידין ישראל להקריב קורבנות פסחיהן ׳ הקריבו גם אתם לפני בוראכם והביא קין וכו׳ *aduenit nox festi Paschatis, vocauit Adam filios*

da;[f]) ex Christianis autem eandem fouet sententiam DACHSELIVS,[g]) et qui sacrificium hoc diebus messis oblatum esse dicunt BRAVNIVS[h]) et STARCKIVS[i]) quia nempe mense Nisan hordeum in illis terris maturescere coepit. Huic sententiae nihil inest fundamenti, nisi ad illum vocis ימים in anni significatione vsum a nobis negatum, vel ad figmentum de primitiis oblatis hordeaceis §. XI. notatum, recurrere velimus.

§. XXXII.

Vel de fine septimanae.

Tantum vero abest, vt omnes interpretes *finem anni* in verbis מקץ ימים quaesiuerint, vt potius quidam vocem ימים de septimanae diebus[k]) quorum finis est dies septimus seu Sabbathum, interpretati sint, hocque Sabbathum per קץ ימים innui adfirmauerint.[l]) Imo haud leue se illius sententiae praesidium inuenisse putant, quae Sabbathum a protoplastis obseruatum esse statuit. Quamuis vero Sabbathum ad prima post creationem referendum esse tempora certissime persuasi lubenti concedamus animo; nullum tamen in nostro loco huius Sabbathici cultus deprehendimus vestigium, cum nullibi in Scriptura per קץ ימים Sabbathum describatur.

§. XXXIII.

Vel de vitae fine.

Alii illud קץ ימים vitae terminum indicare crediderunt, et PELLICANVS[m]) verba illa ita exposuit, *cum finis vitae Habelis appeteret a Deo institutus.* Verum non dicitur ימיו *dies eius*, sed in genere ימים *dies*, et cum Cain sub versiculi praecedentis finem nominatus sit, ad hunc potius, quam ad Habelem posset referri, quod tamen nec aetas hominum illorum temporum satis longaeua, nec ipsa historia sacra permittit. Hinc nec R. SALOMO EPHRAIM b. Aharon Lundschutz[n]) sententiae adstipulamur, qui hunc vitae finem ad fratrem vtrumque refert: אך מקץ ימי חלדכם בראותכם את עצמכם קרובים לשערי מות וכי לא במותו יקח הכל וכו׳

 verum

lios suos dicens: Israelitae adferent oblationes suas paschales, adferte etiam vos creatori vestro oblationes vestras, et obtulit Cain etc.

e) In פרקי ר׳אליעזר C. XXI. vbi eadem propemodum verba leguntur, vnde forte etiam sua hausit *Simeon*.

f) ס׳עיר דוד fol. 77. col. 4. ed. Amstel. 479. C. 1719. g) *Bibl. Accent.* P. II. p. 601.

h) Comment. in Epist. ad Ebr. p. 707. i) Ebraism. Etymol. p. 4.

k) IONATHANEM eodem modo Num. IX. 20. ימים מספר explicare diximus ad §. XXII. not. x.

l) Huius interpretationis patroni LEIFIELD et IAC. ALTINGIVS a FR. FABRICIO diss. de Sacrif. C. et Ab. §. X. nominantur.

m) Referente FR. FABRICIO l. c. §. XI.

n) ס׳כלי יקר fol. 6. col. 3. edit. Prag. 368. C. 1608.

verum a fine dierum temporis illorum, cum viderent ſe adpropinquare ad portas mortis, et quod nihil in morte ſua ſecum ſumturi ſint, etc. Cum quo conſentit R. SAMVEL *Sirſa* o) אחר שיבואו בימים *poſtquam venierunt in dies* i. e. poſtquam ſenes facti erant. p) Senectutem tamen aliquam Habeli adſcribere Iudaei non poſſunt, ſi vetuſtiſſimorum ſuorum doctorum ſequi volunt placita. Affirmatur enim in בראשית רבה q) ילקוט שמעוני r) BECHAI s) aliisque pluribus, quinquaginta tantum dies Habelem vixiſſe, t) quae vti abſurdiſſima eſt, omnique veritatis ſpecie plane deſtituta ſententia, ita eandem fabulorum conditoribus non vero veritatis ſtudioſis aptam et congruam eſſe cenſemus.

§. XXXIV.

Praeferenda eſt expoſitio: Exacto aliquo tempore.

Varias variorum hactenus in compendio recenſuimus explicationes, quibus nunc illa eſt adiicienda, quae reliquis omnino ob ſuam ſimplicitatem praeferenda videtur. Spiritus ſanctus vti cordis ſinceritatem, ſic verborum ac orationis maxime amat ſimplicitatem, a proprio igitur verborum ſignificatu in explicandis ſanctiſſimis Dei eloquiis non erit recedendum, niſi ipſe auctor diuinus aliud ſuadeat. Recte igitur voces

o) ס׳מקור חיים fol. 8. col. 4. edit. Mant. 319. C. 1559. Iniurii admodum hi ambo auctores ſunt in pium illum Habelem, eumque deliciis huius vitae nimis ad ſenectutem vſque fuiſſe deditum, ſatis proterue adfirmant.

p) Quo ſenſu haec phraſis ſaepius legitur e.g. Gen. XVIII. 11. Ioſ. XXIII. 1. etc.

q) fol. 25. col. 2. 3. רבי אליעזר ור׳ יהושע ׃ ר׳אליעזר אמר בתשרי נברא העולם׃ ר׳יהושע אמר בניסן נברא העולם׃ מאן דאמר בתשרי נברא העולם עשה הבל קיים מן החג ועד החנוכה ׃ מ״ד בניסן נברא העולם עשה הבל קיים מן הפסח ועד עצרת ׃ בין לדברי אלו בין לדברי אלו הכל מודי׳ שלא עשה הבל בעולם יותר מחמשים יום׃ *R. Elieſer et R. Ioſua* inter ſe diſceptarunt *R. Elieſer dixit in menſe Tiſri mundum eſſe conditum; R. Ioſua adſeruit in Niſan mundum eſſe conditum. Iuxta illum qui dixit in Tiſri mundum eſſe conditum, Habel vixit a feſto tabernaculorum ad feſtum initiationis. Iuxta eum qui voluit in Niſan mundum eſſe conditum, vixit Habel a Paſchate vſque ad Pentecoſten. Iuxta vtramque ſententiam fatentur Habelem non diutius vixiſſe, quam quinquaginta dies.* In hunc locum conferri meretur prolixus SAMVELIS *Iaphe* Commentarius יפה תאר dictus fol. 150. col. 3. Furth. 452. C. 1692. Quae ex hoc loco pro negando hodiernorum Iudaeorum calculo, et ſtabiliendo Graecorum computo quo anno Adami 230. Sethum fuiſſe natum dicunt, probare conatus eſt ISAACVS VOSSIVS ſatis ſuperque refutauit IO. MEYER in notis ad סדר עולם p. 232. ſeq.

r) Fol. 10. col. 3. s) in ביאור על התורה edit. Cracou. 392. C. 1632.

t) R. ABRAHAM *Menachem* in מנחת בלולה fol. 9. col. 2. edit Veron. 354. C. 1594. adſerit Habelem vixiſſe LII. dies, quod vitio aliquo typographico factum eſſe, crediderim. Saltem huius numeri ab alio ſcriptore factam eſſe mentionem, non memini.

voces ויהי מקץ ימים illos exponere credimus, qui adhibita propriissima atque natiua vocum significatione easdem vertunt, *et factum est a fine dierum* h. e. post dies quosdam, vel si mauis post dies multos, et quod idem est, *exacto aliquo tempore.* u) Nec differre censemus hanc phrasin ab illis Noui foederis locutionibus ὡς δὲ ἐπληροῦντο ἡμέραι ἱκαναὶ Act. IX. 23. ἡμερῶν δὲ διαγενομένων τινῶν Act. XXV. 13.

§. XXXV.

Qua mundi aetate haec gesta fuerint, certi aliquid nequit determinari. Illa vero sententia maxime videtur probabilis, quae et communissima est, inter Habelis nempe sacrificium mortemque eius parum intercessisse temporis, nec inter hanc et Sethi natales, quas in mundi annum CXXX. incidisse ex Gen. V. constat, vltra anni tempus effluxisse; vt ita sacrificium Caini et Habelis A. CXXIX. circiter oblatum esse credamus. *Qua mundi aetate haec gesta fuerint.*

§. XXXVI.

Coronidis loco deuotissimas iure persoluimus Deo Clementissimo gratias, pro gratiosa, qua nobis in perficiendo hoc qualicunque labore benigne adfuit praesentia. Indefessi illud Numen animi cultu veneraturi sumus religiosissimo, simulque precibus precaturi ardentissimis, vt nostris etiam in posterum gratia sua adesse velit conatibus. Faxit denique Summus ille Deus, vt, quando מקץ ימים *post aliquod tempus,* קרב קצנו מלאו ימינו בא קצנו *adpropinquat finis noster, impleti sunt dies nostri, immo iam adest finis noster*, vera fide in illum, qui semet ipsum באחרית הימים *in hoc vltimo tempore*, obtulit ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, et cuius oblatio melior est illa Habelis oblatione, cuius sanguis melius loquitur effuso Habelis sanguine, moriamur, vtque demum cum Daniele laeti surgamus לקץ הימים. *Epilogus.*

u) ONKELOS ipsas voces retinuit, vertens והוה מסוף יומין *et factum est in fine dierum,* quae ipsa est MVNSTERI versio; διό, καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας. *Vulg. factum est autem post multos dies; versio Iud. Germ. Amstelod.* 439. *es begab sich nach etlichen Tagen.* BVXTORF. in *Lex hebr.* voce קץ *post dies aliquot.* CASTELLIO *aliquanto tempore post.* DRVSIVS, *post multos dies.* Plures nobiscum consentientes tradunt FR. FABRICIVS et VDENIVS ll. cc. qui et ipsi hanc suam fecerunt sententiam.

F I N I S.

NOBILISSIMO A

FRIT

AVDITORI SV

P R A



um per aliqu
auditorem
suauitatem
iure Te am
hinc voluptate Tecum
schediasmate ostendisti q
rum profeceris. Bene de
ruisti dum non modo hae
ad humanitatem spectant
linguaeque ebraeae opera
industriae Tuae specimen
corum primitias edidisti.
tiae Tuae quem semel in
rus sis, et hinc amplis
antecessum promitto.
Tuas primitias, easque
commodum vergere facia
industriam Tuam fortu
feliciterque euenire iubea
Ianuar. A. R. S. cI

MO ATQVE DOCTISSIMO

ITZSCHIO

RI SVO HONORATISSIMO

S. P. D.

PRAESES.

per aliquot iam annos Te Vir ornatissime uditorem habuerim indefessum, ob morum auitatem et diligentiam satis mihi probatam re Te amaui et etiamnum amo. Summa Tecum cathedram conscendo, qui in hoc tendisti quantum in scholis doctorum Tuo. Bene de sacris literis, bene de Te ipso me- modo hactenus summo studio, et illis quae n spectant et sanctioribus inprimis doctrinis aeae operam dedisti, verum etiam nunc hoc e specimen, has inquam studiorum academi- as edidisti. Nullus dubito, quin in diligen- n semel ingressus es tramite sedulo progressu- c amplissimos fructus et ecclesiae et Tibi in mitto. Respiciat Iehoua clementissime has s, easque in nominis sui gloriam Tuumque gere faciat. Seruet Te Propitium Numen, am fortunet, Tuosque conatus omnes bene nire iubeat. Vale. Perscripsi Pridie Kalend. R. S. cIↄIↄccLI.